Anno domini XV^c^. XL. ſeptimo die Veneris, decima ſeptima menſis Junii, que fuit feria ſexta poſt Corporis Chriſti, dominus Joachim tydeke principalis citra etc. reuocationem ad prouiſionem Legati de latere ſedis apoſtolice acceptauit et obtinuit poſſeſſionem canonicatus et prebende eiuſdem eccleſie Hauelbergenſis, per obitum domini Wolffgangi de Arnym canonici et decani dum vixit vacantis, Solutis ſtatutis et preſtito juramento Adhibitis ſolennitatibus conſuetis.

Anno domini XV^c^. quadrageſimo octauo, die Jouis, decima nona menſis Aprilis, que fuit feria quinta poſt Miſericordia domini, dominus Ebellinus Mollendorff clericus Hauelbergenſis diocеſis Electus canonicus eiuſdem eccleſie per procuratorem ſuum legitime conſtitutum dominum Hieronimum Moderick ſimiliter canonicum acceptauit iuxta turnum ſuum et litteras ſibi per Capitulum eiuſdem eccleſie conceſſas Canonicatum et prebendam, per obitum domini quondam Valentini pful canonici ipſius ultimi poſſeſſoris vacantem, Cuius collatio ad Capitulum eiuſdem eccleſie pertinuit, cum proteſtatione conſueta, quatenus huiusmodi prebenda ſibi de Jure minime debeat, quod ius ſibi ad primam vacaturam prebendam ſaluum maneat, Soluta medietate ſtatutorum minus decem marcis Lubecenſibus, jurabit perſonaliter, alioquin non erit particeps fructuum, Attento quod prius per procuratorem tantum jurauit, Adhibitis ſolennitatibus conſuetis.

Anno etc. XLVIII. die dominica prima menſis Julii, que fuit dominica poſt Petri et Pauli, dominus Georgius de Konnigeſmarken clericus Hauelbergenſis diocеſis principalis Citra etc. reuocationem acceptauit poſſeſſionem prebende et canonicatus per liberam reſignationem nobilis Melchioris Warnſteden ad manus venerabilis capituli Hauelbergenſis vacantis, ſedi epiſcopali factam, cum conſueto Juramento eſt admiſſus nec non prouiſionem et collationem deſuper ſubſequutus, Solutis ſtatutis et preſtito corporaliter Juramento, Adhibitis ſolennitatibus et ceremoniis conſuetis.

Eodem anno die Jouis quinta menſis Julii, que fuit feria quinta poſt Viſitationem Marie, dominus Johannes Fuck, canonicus, lector in eccleſia Magdeburgenſi, principalis Citra etc. reuovationem acceptauit poſſeſſionem canonicatus et prebende Hauelbergenſis per liberam reſignationem, per dominum Hinricum Schanen procuratorem coram domino Hieronimo Moderick notario factam, conſtitutione domini Joachimi de Aluenſleuen ultimi poſſeſſoris coram capitulo Hauelbergenſi cum conſueto Juramento factam et admiſſam prouiſionem ſubſtynuit (ſic) Preſtito juramento et ſolutis ſtatutis Adhibitis cerimoniis conſuetis.

Ad prepoſturam Hauelbergenſem, que eſt de Jure patronatus Electoris Brandenburgenſis, per obitum domini quondam Leonhardi Keller vtriusque juris Licentiati, vltimi poſſeſſoris vacautem, venerabilis dominus Johannes de Walwitz Canonicus Magdeburgenſis et Halberſtadenſis ad preſenta-

Digitized by Google

tationem Illuſtriſſimi et Sereniſſimi Principis domini Joachimi Marchionis Brandenburgenſis Electoris etc. vacante fede, per dominum Petrum Conradi decanum et vicarium in ſpiritualibus eſt inſtitutus, acceptauit poſſeſſionem prepoſiture Hauelbergenſis vnacum canonicatu et prebenda vacante, Preſtito iuramento conſueto et Solutis ſtatutis tam ratione prepoſiture quam prebende, Adhibitis ceremoniis debitis et conſuetis. Actum anno dom. XV^{c}. XLVIII. die Jouis ſexta menſis Septembris.

Anno etc. XLIX. die dominica, quinta menſis May, Mathias de gulen clericus Hauelbergenſis per procuratorem ſuum Thomam Ledigen vicarium cum proteſtatione, quatenus ſibi ius competat etc., acceptauit Canonicatum et prebendam eccleſie Hauelbergenſis, per obitum domini Luce Wultzken vacantem, Jurauit etc., Soluit alteram medietatem ſtatutorum domino Hieronimo Moderich procuratori, Adhibitis ſolennitatibns conſuetis.

Anno etc. L^{mo}. die Sabbati XXV. menſis Octobris dominus Georgius Sunff, prefbiter Brandenburgenſis diocefis, plebanus in Wuſterwitz, ad preſentationem Sereniſſimi Electoris Brandenburgenſis obtinuit poſſeſſionem canonicatus et prebende eccleſie Hauelbergenſis, per liberam reſignationem domini Fabiani Funcken doctoris vacantis, Jurauit etc., Soluit ſtatuta que fuerunt depoſita, Adhibitis ſolennitatibus conſuetis.

Anno domini XV^{c}. quinquageſimo ſecundo die Veneris XXVI. menſis Februarii dominus Albertus de Slabberndorff clericus Brandenburgenſis diocefis Electus canonicus per venerabile Capitulum Hauelbergenſe obtinuit poſſeſſionem canonicatus et prebende, per obitum domini quondam Johannis Mollendorff vacantis, per procuratorem ſuum dominum Henricum Moderick, Qui etc. Jurauit in forma Et dominus Decanus dedit fidem pro reſiduo ſtatutorum. Adhibitis ſolennitatibus conſuetis.

Anno eodem, die Mercurii, ſeptima menſis Septembris, dominus Laurentius Badinck prefbiter vacante ſede epiſcopali obtinuit poſſeſſionem canonicatus et prebende per liberam reſignationem Egregii domini Wolffgangi Redorffer ſeu verius ipſius procuratoris domini Joachim Barfewiſch, factam iuxta Illuſtriſſimi conſtitutionem, Qui Jurauit in forma, Statutis ſolutis, Adhibitis ſolennitatibus debitis et conſuetis.

Anno XV^{c}. Quinquageſimo quarto, die Martis, XXX. menſis May, diſcretus Matheus Ludiche, clericus Hauelbergenſis diocefis, vacante fede Epiſcopali, obtinuit poſſeſſionem canonicatus et prebende, per obitum domini quondam Conradi Schollenen ultimi poſſeſſoris vacantis, ad litteras preſentationis Illuſtriſſimi Principis Electoris Brandenburgenſis. Et obligauit ſe ad ſoluendum ſtatuta infra hinc et Johannis baptiſte. Qui etc. Jurauit in forma, adhibitis ſolennitatibus ſolitis Et ſoluit ſtatuta per dominum Hinricum Kraberch domino Petro decano.

Anno domini XV^{c}. quinquageſimo ſexto, die Mercurii, decima octaua menſis Martii, Reuerendus dominus Joachim de Lattorff, Canonicus Magdeburgenſis et Halberſtadenſis, obtinuit poſſeſſionem prepoſiture, canonicatus et prebende Hauelbergenſis ad litteras preſentationis Illuſtriſſimi principis Electoris Brandenburgenſis, vacantis per obitum domini quondam Johannis de Walwitz Jurauitque juramentum eccleſie ſolitum per procuratorem ſuum Johannem Fuck, Canonicum conſtitutum procuratorem, Et exoluit L^{ta}. flor. ex auro pro ſtatutis domino Decano tanquam procuratori generali, Reliquas triginta iuxta concordiam remiſimus etc.

Anno domini XV^{c}. LVI., die Veneris, XXI. menſis Auguſti, dominus Caſparus de Schulenborch, clericus Hauelbergenſis diocefis, per procuratorem ſuum dominum Hieronimum Moderick acceptauit poſſeſſionem canonicatus et prebende, vacantis per obitum domini quondam Ebellini

Digitized by Google

Mollendorffs, ſi et quatenus vacat etc. ad collationem venerabilis capituli Hanelbergenſis, Satisdet infra menſem de ſtatutis iuxta litteras ſuas et iurabit in perſona etc.

Eodem anno, die Mercurii, XXI. menſis Octobris, dominus Nicolaus Hane electus Canonicus Hauelbergenſis, per reſignationem domini Caſparis de Schulenborch, Canonici Hauelbergenſis, obtinuit poſſeſſionem canonicatus et prebende, vacantis ad collationem venerabilis capituli ibidem, Et iurauit iuramentum ſolitum in forma, Exoluit ſtatuta necnon eadem die obtinuit poſſeſſionem etc.

Anno domini XV^c^. quinquageſimo ſeptimo die dominica quinta menſis Septembris dominus Johannes Klitzingk obtinuit poſſeſſionem canonicatus et prebende eccleſie Hauelbergenſis, per obitum domini Laurentii Badings vltimi poſſeſſoris vacantis ad preſentationem Illuſtris principis et domini, domini Joannis Georgii Marchionis Brandenburgenſis, nomine procuratorio ſiue potius tutorio Reuerendi et Illuſtris domini Joachimi Friderici, ſimiliter Marchionis Brandenburgenſis et Poſtulati ad eccleſiam Hauelbergenſem, Jurauit et ſoluit ſtatuta conſueta domino Hieronimo procuratori, preſentibus ibidem domino Ottone Arnsberch Juris vtriusque doctore et Nobili Hans de Groben teſtibus ad premiſſa.

Anno domini XV^c^. quinquageſimo Nono, die Jouis, vltima menſis Auguſti, que fuit feria quarta poſt Auguſtini, Nobilis et Venerabilis dominus Leuinus de Schulenborch obtinuit poſſeſſionem prepoſiture, canonicatus et prebende Hauelbergenſis, vacantis per reſignationem Joachimi de Lattorff, ad litteras preſentationis Illuſtriſſimi Electoris Brandenburgenſis. Jurauit juramentum ſolitum in forma Et exoluit pro ſtatutis conſuetis eccleſie LXXX. floren. Renenſ. domino Joachimo Barfewiſch procuratori generali, preſentibus dominis Thoma Leddigen et Jo. Schulten vicariis teſtibus ad premiſſa, ſed nondum inſtaltatus.

Hoc in loco ſciendum et diligenter notandum eſt, quod licet proximo decano Hieronymo Muderico ratione officii ſui ordinem jam ante inchoatum ſiue matriculam canonicorum, cum in uiuis adhuc eſſet, continuandi et pertexendi cura incubuerit, Tamen id ipſum ob notabilem et reprehenſione dignam eius negligentiam ab ipſo intermiſſum eſt, ita etiam ut nullus Canonicorum, ſicuti hic videri eſt, ſit inſcriptus. Ne autem in poſterum inter abſentes Canonicos propter reſidentiam, curiarum, ut vocant, optiones, locum in templo et votum in capitulo itemque diſtributionem ullae rixae aut contentiones orirentur, uiſum fuit toti capitulo, vt quod negligentia ſuperioris Decani omiſſum eſſet, diligentia deinceps refarciretur. Neceſſario itaque ordinauit Reuerendum Capitulum, ut qui uiuente Hieronymo Muderico ſub Decanatu eius in collegium canonicorum ſunt cooptati et introducti, facta accurata inquiſitione a nouo electo Decano D. Mathaeo Ludeco plenioris fidei gratia quam fideliſſime inſcribantur. Cui inſcriptioni unuſquisque tuto fidem adhibere et inde de ordine ambiguus certior fieri poſſit. Cumque ego Mathaeus Ludecus in uigilia Michaelis Archangeli, qui erat 28. Septbr. dies, Anno Chriſti 1573 quamuis indignus et preter omuem meam expectationem, haud tamen ſine ſingulari dei conſilio et prouidentia, ad Decanatus honorem magis dico laborem euectus ſim, inter tot negotiorum diuerſorum curarumque multiplicium tumultus, tantum in me laboris ſuſcepi propter poſteros, ut omnes Canonicos, que prioris Decani tempore in collegium recepti et introducti fuut, ſecundum ordinem ſingulari diligentia in hunc librum referrem, ut ſequitur:

Sub Decanatu Hieronymi Muderichs:

Epiſc. Hauelbergenſis. Anno Chr. 1561 menſis Aprilis 21. die Joachimus Weinleben cancellarii filius obtinuit poſſeſſionem Canonicatus ſeu prebende per obitum domini Petri Conradi Decani, ſoluit ſtatuta et iurauit.

Digitized by Google

Epiſcopi Hauelbergenſis. Anno 1565 die 25. Aprilis Stefanus Hellewig per reſignationem Eraſmi Seidels obtinuit poſſeſſionem Canonicatus, ſ. ſt. et iur.

Capituli Havelb. Anno et die quibus ſupra Dauid Tidens per reſignationem fratris D. Joachimi Tidtkens poſſeſſionem accepit, ſ. ſt. et iur.

Epiſcopi Hauelb. Anno temporis nouiſſimi 1565 menſis Junii die 16., qui erat Vigilia SS. Trinitatis, per liberam reſignationem D. Matthaei Lùdeci canonici ad praeſentationem Illuſtriſſimi principis et domini Joannis Georgii Marchionis Brandenburgenſis Matthaeus Ludecus Junior poſſeſſionem prebende et canonicatus adeptus eſt ſ. ſt. et iur. ipſe.

Electoris Brandenburgenſis. Anno poſtremi ſeculi 1566 circa feſtum Natiuitatis Marie virg. glorioſae Chriſtophorus de Teumen per obitum D. Gregorii Sumpfs obtinuit poſſeſſionem ſui canonicatus, ſ. ſt. et iur.

Electoris Brandenburgenſis. Anno 1569 facta eſt permutatio prebendarum inter illuſtriſſimum principem dominum Joannem Georgium Marchionem Brandenburgenſem nomine Epiſcopi et Capitulum Hauelbergente; ita ut deinceps illa prebenda, quam modo obtinet Joannes klitzing, ſit capituli et is Canonicatus, quem tenet Heinricus Goldoxius, ſit in poſterum Epiſcopi, cuius canonicatus poſſeſſionem precedente libera reuignatione Goldoxii Benedictus Blankenfeldius adeptus eſt, ſ. ſt. ſed nondum iuramentum preſtitit.

Capituli Havelbergenſis. Anno Chriſti 1571 die 22. Auguſti panthaleon a Biſmarck per liberam reſignationem Matthiae de Czeulen poſſeſſionem prebendae et canonicatus obtinuit, iur. et ſtatuta ſoluit.

Nullo Decano exiſtente:

Capituli. Anno 1573 menſis May die 8. Nicolaus Hane per obitum domini Hieronymi Muderici Decani poſſeſſionem prebendae accepit, ſt. ſ. et iur.

Sub Decanatu domini Matthaei Ludeci:

Capituli. Anno poſtremi infidi et ingrati ſeculi 1575 die 26. May prebenda ſeu canonicatus, qui a Reuerendo Capitulo Eccleſiae Hauelbergenſis confertus et ſuperioribus diebus reſignante d. Abelo Mollendorffio vt poſtremo poſſeſſore vacare coepit, demo nobili et ornato virtute iuueni Reimaro Karſtadio iuramento nondum preſtito, ſed pecuniae ſumma iuxta ſtatuta recepta numeratae, re ipſa collatus eſt idemque in collegium canonicorum cooptatus, Qui econtra promiſit, ſe ſtatuta noſtra, in quae poſtea iurabit, vt fas eſt, ſancte religioſeque ſeruaturum.

Epiſcopi. Anno Chr. 1577 die menſis Aprilis Stephanus de Arnym per procuratorem ſuum adeptus eſt poſſeſſionem canonicatus, qui a Reuerendiſſimo Epiſcopo confertur et nuper defuncto domino Czerigio de konigſmarck, vltimo poſſeſſore vacare incepit ſoluitque ſtatuta, ſed iurabit ipſe in propria perſona.

Epiſcopi. Anno domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo 4. calend. Septembris doctus et diſcretus Chriſtianus Muſculus per obitum patris ſui D. pauli licentiati et concionatoris aulici ad praeſentationem illuſtriſſimi principis et domini, domini Joannis Georgii marchionis et Electoris Brandeburgici, poſſeſſionem prebende ſiue canonicatus accepit, iurauit et ſtatuta ſoluit.

Epiſcopi. Pie defuncto Stephano ab Arnim vltimo poſſeſſore Illuſtriſſimus princeps et dominus, dominus Johannes Georgius marchio Brand. et ſ. R. J. Elector etc., literas ad Reuerendum Capitulum Eccleſiae Cathedralis Havelbergenſis miſit, quibus ſerio mandat, vt canonicatum vacantem Nobili Georgio a Bardeleben Aulico primario conferat et poſſeſſione data in collegium et ordinem ſuum eum cooptet. Itaque idibus Februarii Anno d. n. Jhef. Chr. 1578 praedictus Georgius Bar-

Digitized by Google

delebius poſſeſſionem canonicatus, iuramento prius praeſtito et vſitata pecuniae ſumma iuxta eccleſiae ſtatuta numerata, obtinuit.

Capituli. Anno temporis ultimi 1580 die Decembris III. canonicatus, qui a Capitulo Eccleſiae Hauelbergenſis confertur et ſuperioribus diebus defuncto Joachimo Tiedeke, vt poſtremo poſſeſſore, vacare cepit, denno ad preſentationem eiusdem Capituli ſtudioſo iuueni Lucae Ludeco, D. Mathei Ludeci Decani filio, pecuniae ſumma juxta ſtatuta recepta numeratae, re ipſa collatus eſt, idemque in Collegium Canonicorum cooptatus, juramentum ipſe cum ad iuſtam etatem peruenerit preſtabit. Hainricus Goldochs de Berntzweiler ſenior et Cantor ſubſcripſit.

Capituli. Anno ab inſtaurata ſalute 1581 menſis Januarii die 7 D. Matthaeus Fiſcherus, decanus Eccleſiae collegiatae nouae ciuitatis Magdeburgenſis et eccleſiae cathedralis Hauelbergenſis electus, per obitum D. Johannis a Klitzing piae memoriae poſſeſſionem praebendae iam dictae accepit, ſtatuta ſoluit et retroactis ſeculis ſe iuraſſe affirmauit.

Capituli. Anno gratiae et nouiſſimi temporis menſis Junii die 20. reſignante domino Matthaeo Fiſchero et conſentiente Reuerendo Capitulo Hauelbergenſi Joachimus de Streithorſt poſſeſſionem canonicatus, quem dictus Matthaeus Fiſcher nuper obtinuit, rurſus accepit, ſtatuta ſoluit et iurauit.

Capituli. Reſignante Nicolao Hanen Megapolenſi Martinus Rennerus die 7 menſis Septembris Anno Chr. 1582 rurſus poſſeſſionem dicti canonicatus obtinuit, iurauit ſtatutaque conſueta ſoluit.

Capituli. Anno 1583 die puerorum Innocentum Martinus Rennerus canonicatum ſuum, quem a Nicolao Hanen conſenſu capituli Hauelbergenſis paulo ante emerat, Angelo a Luderitz in contractu plane Simoniaco, ſicuti a Matthaeo Fiſchero antea quoque factum eſt, reſignauit. Etſi autem Reuer. Capitulum cane peius et angui odit eiuſmodi deteſtandam et omnibus modis execrandam emtionem et venditionem rerum ſpiritualium et uere ueretur, ne iſta Simonia, Mania fere dixiſſem, huic Eccletie *παναλεφίον* laudem allatura ſit, tamen cum in hoc exulceratiſſimo ſeculo, quo vberrima eſt uiliorum feges et mundana dei domus quouis Augiae aut Caci ſtabulo immundior eſt, multa ferenda ſint, quae mutari nequeunt, predicto Angelo a Luderitzen denno a Martino Rennero canonicatum ſuum haud canonice emptum contulit et ad poſſeſſionem praeſtito iuramento et numeratis numerandis admiſit, iuſtiſſimo dei iudicio eiuſmodi Simoniacos et Cziezilicos relinquens, quibus tamen meliorem precatur mentem.

Capituli. Anno Chr. 1584 die 22 menſis Aprilis D. Wichartus a Bredaw, maioris Eccleſiae Metropolitanae Magdeburgenſis canonicus, canonicatui ſuo in monte Haueli uigore publici inſtrumenti dominis capitularibus conſentientibus renunciauit in fauorem Johannis a Jagow, Georgii filii, qui etiam eum obtinuit, iurauit et numeranda numerauit.

Epiſcopi. Anno reparatae ſalutis Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto 5. cal. Dec. Chriſtianus Muſculus canonicatum ſuum in eccleſia cathedrali Hauelbergenſi conſentiente Illuſtriſſimo Electore Br. in fauorem Detlouii Winterfeldii, Joachimi filii, contractu inter eos inito reſignauit. —.

Epiſcopi. Cum Erasmi Seidelii tutores certis de cauſis D. Johannis Fuggii canonicatus poſſeſſionem, quam praedictus Seidelius poſt obitum eius a Johanne Baumgarten repreſentata pecunia confecutus, Dn. Stephano Hellwigio inter eos conuentione facta cefferint, qui etiam poſſeſſionis et reſidentiae, vt vocant, particeps factus eſt, praenominati antem tutores prioritatis ius praebendae illius defuncto domino Stephano Hellwigio aut alio canonico ſibi referuarint et Erafmus

Digitized by Google

Seidelius Witebergae fedem fuam fixerit fuumque ius refernatum Henrico Biefenbro conceſſerit, ipſe poſt mortem D. Stephani Hellwigii ad praefentationem Electoris Brandenb. d. n. clem. in realem poſſeſſionem certa ſtatutorum pecuniae ſumma numerata et iuramento praeſtito VII. Nov. die, Anno Chriſti 1586 venit.

Electoris. Poſt obitum D. Chriſtopheri a Schulenburg, olim Canonici huius Eccleſiae, canonicatus aut praebendae ius vacans, ſingulari Illuſtriſſ. principis et d. d. Johannis Georgii Electoris, d. n. clem. gratia, Reimaro Winterfelden, Joachimi Winterfeldes in pago Dalmin reſidentis filio, ad vitam rurſus collatum eſt, qui etiam etc. Actum Anno 1588 die vero 23. Februarii.

Electoris. Cum fatis D. Chriſtophorus a Theumen quondam huius Eccleſiae Canonicus conceſſiſſet, Magnificus et ampliſſimus vir D. Joh. Copus Jur. vtr. D. et Illuſtr. Elect. Brand. conſiliarius percipuus apud i. cl. eius obtinuit, ut filiorum ſuorum vnus quem nominaret in collegii noſtri ſocietatem rurſus cooptaretur. — Nominauit autem praedictus Doctor filium ſuum Andream, cui etiam realis poſſeſſio illius praebendae vacantis per procuratorem ſuum Johannem Reublerum vicarium huius eccleſiae, ſolenni more et modo data eſt. — Actum Anno 1588 die Aprilis 30.

Electoris. Poſt mortem domini Leuini a Schulenburg olim praepoſiti huius Eccleſiae relatum eſt ad Reuerendum capitulum, eum vni filiorum ſuorum primarium, vt vocant, vacantis praepoſituras ab Ill. Electore Brand. d. n. clem. impetraſſe. Impetraſſe item D. Chriſtophorum a Teumen eiuſdem praepoſituras primarium pro ſe. Cumque iſti duo in diſſidentes propter primarium praepoſituras illius abirent ſententias, factum eſt, ut poſſeſſio aliquamdiu ſuſpenſa ſit. Tandem vero, cum Deus ipſe hanc litem morte Chriſtophori a Theumen dirimeret, Chriſtophoro a Schulenburg, clariſſimae memoriae D. Leuini filio natu maximo, poſſeſſio praenominatae praepoſituras vna cum incorporato canonicatu poſt numerationem duplicatae ſtatutorum pecuniae, videlicet ducentorum triginta aureorum Rhenanorum, mandato et iuſſu Illuſtr. Elector. Brand. ſimul et ſemel huic in modum collata eſt. Primum ad praepoſituras accidentia quod attinet eorum ſtatim absque ulla diminutione particeps fiat. De canonicatu vero quotannis circa feſtum S. Martini proxime ſequentis LXXXIX. anni primum incipiendo viſitatum abſentiae corpus, videlicet XXIIII. modios ſiliginis et totidem hordei nec non auenae, accipiet tantisper, donec XX. annos natus fuerit. Quos ſi compleuerit ad reſidentiam primum admittetur eique tantum, quantum ceteris canonicis reſidentibus, habita tamen ratione annorum carentiae, quos ſeruabit, et onerum, quae etiam ſublenabit, pro more ſtatutorum eccleſiae. Juramentum autem cum maturitas aetatis acceſſerit, ipſe praeſtabit. Actum Anno Chriſti Jeſu 1588, die vero 27. menſis Julii.

Capituli. Anno inc. Chriſti 1590 in vigilia omnium Sanctorum (31. Octob.) Reſignante nobili et egregio viro Pantaleone a Bifmark in Creuefee et conſentiente Reuerendo Capitulo eccleſiae Cathedralis Hauelbergenſis poſſeſſionem canonicatus et praebendae, quam dictus Pantaleon parens hactenus poſſedit, filius eius Hieronymus a Bifmarck rurſus obtinuit et ita canonicorum numero aſcriptus eſt. Statuta pater ſoluit. Juramentum vero filius, cum ad iuſtam aetatem peruenerit, ipſe praeſtabit.

Capituli. Anno Chriſti 1592 in Vigilia aſcenſionis Chriſti Erasmus Kannenberg poſt obitum D. Johannis Julii a Streithorſt vacantis praebendae poſſeſſionem eſt conſecutus, legitimum morum vitaeque cum laude transactae teſtimonium produxit, minores ordines accepit et viſitatam ſtatutorum pecuniam numerauit, Juramentum autem praeſtabit cum ad reſidentiam, vt vocant, qualificatus peruenerit.

Capituli. Anno gratiae et nouiſſimi temporis 1596 menſis Aprilis die II°. Johannes a Klo-

Digitized by Google

den Canonicus Brandenburgenſis poſt obitum D. Lucae Ludeci vacantis praebendae poſſeſſionem confecutus eſt. Reſiduam ſtatutorum partem numeravit, minores ordines exhibuit et iuravit. Joachim Weinleben ſenior ſubſcripſit manu propria.

Epiſcopi. Anno temporis nouiſſimi 1596 die Nonembris 5. Georgius a Groben, Ludouici filius, poſſeſſionem canonicatus, quam D. Heinricus Goldoxius quondam ſenior et canonicus huius eccleſiae piae memoriae per multos annos poſſedit, rurſus adeptus eſt, ſtatuta ſoluit et ſpſemet iuravit.

Epiſcopi. Anno gratiae 1599 die menſis Febr. 17. ad praeſentationem Illuſtriſſimi principis et domini D. Joachimi Friderici Electoris Braud. d. n. clem. Nobilis vir d. Georgius a Loben poſſeſſionem vacantis praebendae, quam Georgius de Groben piae memoriae in hac eccleſia obtinuit, rurſus adeptus eſt. —

Capituli. Decollato Eraſmo Kannenbergio vltimo poſſeſſore nobilis adoleſcens Andreas Chriſtophorus a Luderitz poſſeſſionem vacantis praebendae per procuratorem conſtitutum D. Joachimum Stephani Eccleſiae huius vicarium S. menſis Novembris die Anno 1600 tandem obtinuit.

Capituli. Anno D. 1601 primo die menſis Junii Canonicatus, qui a Reu. Capitulo Eccl. Hauelbergenſis confertur et reſignante Domino Joh. a Kloden, canonico eccl. Brandenburgenſis, veteri poſſeſſore vacare coepit, rurſus Nobili puero Reimaro a karfteden, Reuerendi et nobilis viri D. Reimari a Karfteden eccleſiae huius canonici filio, collatus eſt. —

Capituli. Anno temporis vltimi 1602 vigeſimo tertio die m. Martii Andreas Chriſtophorus a Luderitz canonicatus ſui poſſeſſionem, quam ante aliquos annos apud Eccleſ. cathedr. Havelbergenſem obtinuit, in manus Reuerendi capituli dictae Eccleſiae reſignauit in fauorem nobilis pueri Johannis Chriſtophori a Mollendorffs, Reuerendiſſimi et nobiliſſimi viri D. Titi a Mollendorffs, Eccleſiae Metropolitanae Magdeb. canonici filii, vigore inſtrumenti publici. —

Electoris. Poſt obitum D. Joachimi Weinlobii, olim canonici et ſenioris huius Eccleſiae, Canonicatus aut praebenda vacans, Illuſtriſſimi principis ac Domini, Domini Joachimi Friderici Electoris Brandenburgenſis, domini noſtri Clem., ſingulari quadam gratia et ſpeciali conceſſione, generoſo et nobili Adamo Georgio Ganſen, libero baroni in Putlitze, Domini Philippi piae memoriae filio, rurſus collata eſt, qui etiam vſitata et in ſtatutis expreſſa pecuniae ſumma, nimirum C. aureis Rhenanis, numerata, vigeſimo die menſis Octobris anni 1607 ad realem poſſeſſionem praedicti canonicatus per ſuum ad id requiſitum procuratorem D. Johannem Miffnern, vicarium huius eccleſiae, admiſſus eſt. Juramentum in propria perſona praeſtabit.

Electoris. Anno incarn. Chr. 1610 die veneris poſt Dominicam Inuocauit, que erat ſecundus dies menſis Martii, ad praeſentationem illuſtris principis ac Domini, Domini Joachimi Friderici Electoris — nobilis iuuenis Reimarus Andreas a Karſtedt, Valentini quondam hereditarii in Kaltenhoff filius, poſſeſſionem vacantis praebendae, quam Reuer. et nobilis vir D. Georgius a Bardeleben d. m. in hac eccleſia obtinuit, rurſus adeptus eſt. —

Electoris. Anno reparatae ſalutis 1610 in vigilia nativitatis Mariae, ad praeſentationem Illuſtriſſimi principis etc. Joannis Sigismundi Electoris, — titulo ut vocant precum electoralium, quaetamen ante hac, excepto vnico caſu cum Georgio a Löben, ab hac Eccleſia non fuerunt receptae, Richardus Beyer reſidentiam vacantis praebendae, quam Reuerendus et nobilis vir Dominus Georgius a Bardeleben p. m. poſſedit, intimauit, Annum vero clauſtralem, ut vocant, ſecundum huius eccleſiae ſtatuta debito modo non ſeruauit. Integra ſtatuta ſoluit et Juramentum praeſtitit.

Electoris. Reſignante vero Reuerendo et Magnifico D. Georgio a Löben canonicatum ſuum, quem apud hanc eccleſiam hactenus poſſedit, ad manus capituli in gratiam et fauorem Reuer. et vere

Digitized by Google

nobilis Iuuenis D. Samuelis a Winterfelden, Reimari, quondam hereditarii in Neuſtadt et Kerbergh filii, Praedictus D. Samuel a Winterfeldt conſentiente Reuerendo Capitulo eccleſiae huius cathedralis in vigilia natiuitatis Mariae Anni 1612 numero Canonicorum adſcriptus et ad reſidentiam ſtatim admiſſus eſt, habita tamen ratione anni carentiae, quem feruabit et onerum, quae more ſtatutorum ſubleuabit. —

Poſt obitum Reuerendi et nobiliſſimi viri Chriſtophori a Schulenburg olim praepoſiti et canonici huius eccleſiae, D. Leuini clariſſimae memoriae filii, illuſtriſſimus princeps — Johannes Sigismundus — per generoſum ac nobilem Baronem Dominum Adamum Ganſen hereditarium in Putliſt etc. Reuereudum ac Nobiliſſimum D. Cunonem a Lochowen eccleſiae Metropolit. Magd. canonicum in praenominati Chriſtophori a Schulenburgk locum Reuer. Capitulo Havelb. praefentauit et in dictam praepoſituram introduci curauit; Cui etiam praepoſiturae accidentia absque ulla diminutione ſtatim addicata ſunt. Ad canonicatus vero reditus habita prius ratione annorum carentiae more ſtatutorum admiſſus eſt. — Actum 1613.

Anno reparatae ſalutis 1615 in vigilia Nativitatis Mariae, quae erat ſeptimus menſis Septembris dies, reſignante Reuerendo ac nobiliſſimo viro Domino Heinrico a Biſenbro canonicatum ſuum, quem apud hanc eccleſiam poſſedit ad manus capituli, praedictus Bardelebius in numerum canonicorum adſcriptus eſt. — Actum in loco capitulari.

Anno inc. Chriſti 1615 die Martis poſt Dominicam primam aduentus domini, Nobilis iuuenis Reimarus Andreas a Karſtedt, Valentini p. m. hereditarii in Kaltenhoff filius, poſſeſſionem ſuam, quam non ante multos annos apud hanc eccleſiam obtinuit, in fauorem Nobilis pueri Caſpari Jacobi a Jagowe, Achatii in Aulofen filii, reſignauit, qui a Reuerendo capitulo Canonicorum numero adſcriptus et per ſtum ad id requiſitum procuratorem Samuelem Löuen, huius eccleſiae vicarium, ad realem poſſeſſionem dicti canonicatus admiſſus eſt. —

Reuerendus ac Nobilis vir Valentinus a Mefebergk, Gerhardi filius, qui anno 1581 menſis Martis die decimo a Reuer. capitulo eccl. Havelberg. vnanimi conſenſu in numerum canonicorum electus et futurus canonicus deſignatus eſt, anno Milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo 8 die Martii poſtquam ad poſſeſſionem canonicatus peruenisſet, Nobili puero Chunoni Ludovico a Werdern, Rever. et nobiliſſimi viri Heinrici a Werdern canonici in Halberſtadt ad divam virginem filio, rurſus iſtam reſignauit. —

Johanne de Jagow Decano.

Complures licet Domino Johanne de Jagow anteceſſore meo Decano cum ad faer. Caeſar. Majeſtatis Ferdinandi fecundi et ſereniſſimi Georgii Wilhelmi Electoris Brand. preces quas vocant primarias et reſpectiue conceſſionem ſpecialem, tum ad nonnullorum tam capitularium quam abſentum reſignationem in collegium noſtrum aſſciti et in Abſentum numerum recepti ſint — ne vnius quidem nomen et juris quaeſiti titulus in hac noſtra Matricula — receptum erat. Apparet adeo, ut ni priuata cuiuſdam miniſtri obſeruatione hic defectus reſtitui et ſuppleri poſſet, indigna plane capitulo negligentiae macula non leues inde metuendae lites. Quibus ut occurri poſſit ac poſteritati conſtet, quo quisque tempore ac quo juris titulo collegio noſtro nomen dederit inque illud aut abſentum numerum cooptatus ſit, ordine illos hic ſubiungere debemus.

Andreas de Luderitz ad reſignationem Mathiae de Blomenthal, 29. Jan. An. 1621 in abſentum numerum receptus.

Dauid de Winterfeldt ad reſignationem Detloui Winterfeldii 7. Sept. Ann. 1620 in

Digitized by Google

capitularium, quos residentes vocant, numerum receptus ac anno insequente ad perceptionem omnium fructuum suo more admissus.

Petrus ab Itzenplitz ad resignationem Andreae Luderizzii 10. Apr. 1621 Absentum numero adscriptus.

Cum Georgius de Weide Anno 1584 in futurum canonicum, prout matricula supra testatur a capitulo electus esset ac anno 1622 inter absentes locum impetrasset, ad eius resignationem Hardewigus Theodoricus de Luderiz 27. Juny dicti anni absentibus adnumeratus est.

Anno 1622 in vigilia Nativitatis Mariae Christophorus de Kollen et Joachimus Koppenius hic ad fratris Andreae, ille vero ad Angeli Luderizii resignationem in capitulo locum et choro stallum praestito iuramento obtinuere ac anno insequente ad fructuum perceptionem pro more admissi sunt.

Cum Matthaeus Ludecus senior Anno 1622 vitae cursum absoluisset, Hejno de Ribbeck ad serenissimi Georgii Wilhelmi preces Electorales canonicorum numero adscriptus eidemque per solemnem introductionem praestito iuramento in choro stallus 7. September consueto introductionis termino 1623 assignatus tandem etiam finitis duobus carentiae annis ad perceptionem fructuum admissus.

Hier endet die Matrikel. Ein neueres Verzeichniß macht noch folgende Domherrn namhaft:

1642 Jochim Peltzer. — 1650 George Christoph von Bardeleben. — 1659 Fritze Dietrich von Capelle. — 1659 Alexander Ludolph von Quast, resign. 1665. — 1663 Melchior von Kade. — 1664 Johann Fridrich Krause, resig. 1665. — 1664 Thomas Grote, resig. 1668. — 1665 Levin Joachim Baron von der Schulenburg, per resign. von Quast, resign. 1673. — 1665 Johann Otto Mylius p. resign. Krause. — 1668 Johann Rudolph von Koppen. — 1668 Conradt Bartoldt Stille p. ref. Grote. — 1672 Johann Dietrich Grote per ref. — 1672 Christian George Bessel per successionem. — 1673 Achaz von Jagow p. ref. Schulenburg. — 1674 George Linker p. ref. Mylii. — 1677 Dieterich Hartwich von Estorff p. ref. Bessels. — 1679 Ludwig Overbeck p. succ. — 1682 Henning Sigmund von Bredow p. succ. — 1682 Heinrich von Platen p. succ. — 1683 Ludolph von Bismark p. ref. Bredow. — 1684 Ernst Friedrich Happe p. ref. Grote. — 1691 Carl Friedrich v. Dankelmann precist. — 1698 Johann Adolph v. Hagen gen. Geist p. succ. — 1699 Ernst Christoph von Reden p. ref. — 1701 Georg Christian von Silo p. ref. — 1709 Carl Bertold von Ohlefeldt p. ref. Overbeck. — 1708 Andreas Achaz von Bismarck p. succ. — 1715 Johann Friedrich von Prinz precist. — 1716 Nicolaus Ernst von Platen p. ref. patris. — 1717 Carl Friedrich Freih. v. Schmettau p. ref. Dankelmann. — 1718 Friedrich Wilhelm von Eyff p. mandatum Regis. — 1718 Wilhelm Ludwig Marquard v. Prinz p. mand. Regis. — 1720 Christoff Joh. v. d. Knesebeck p. mand. regis. — 1720 Caspar Wichart v. Platen in loco patris succ. — 1723 George Friedrich v. Bismarck p. ref. Schmettau. — 1726 Ernst Wilhelm von Bredow p. ref. v. d. Knesebeck. — 1726 Christoph Werner von der Asleburg p. mand. Regis 1732.

LXXXVI. Kalendarium des Domstifts Havelberg aus dem sechszehnten Jahrhunderte.

Januarius.

F. XIII. Anno domini 1563 am tage Hilarii, welcher ist der 13. tagk Januarii, ist Hehr Joachimus Barfewisch Thumher vnd Cantor dieser kirchen zu Hauelberge in godt endtschlaffen morgens vmb sieben Schlegen, vnd ist vorhero probst zw Letzke gewesen.

Digitized by Google

B. XXX. Anno domini 1527 die Mercurii penultima Januarii obiit dominus Johannes wafmoth Senior.

Februarius.

D. VIII. Die veneris anno domini XV^c. XLIIII. obiit dominus Joachim Frefe canonicus et Decanus ecclefie Hauelbergenfis, qui fepultus in eccleſia ad aquilonem, aſſignauit, dedit et legauit.

Martius.

G. XIIII. Anno domini 1561 Freitags nach Oculi, welcher iſt der 14. tagk Martii, iſt Er Petrus Conradi Magiſter artium vnd decanus jn Gott vorſcheyden vnd der kirchen zugewandt vnd gegeben.

Aprilis.

G. I. Anno domini XV^c. XLIIII. die Martis prima huius menſis Aprilis obiit dominus Henningus Mefenberch, Qui ſepultus in ecclefia ante ingreſſum chori et dedit legauit et aſſignauit ecclefie.

..... Anno domini 1528 fabbato prima aprilis obiit dominus Petrus ruloff Decanus et canonicus.

G. XIIII. Anno domini 1532 die Lune poſt Quaſimodogeniti, que fuit 14. dies Aprilis, obiit dominus Theodoricus man.

B. XVI. Anno domini 1526 die Lune, qui fuit 16. dies aprilis, obiit dominus Thomas flegel.

Maius.

D. IIII. Anno domini XV^c. quadrageſimo octauo die Veneris quarta Maii Pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri Pauli tertii anno XIIII., obiit Reuerendus pater dominus Buffo ex familia de Aluenſleuen Epiſcopus Hauelbergenſis, qui in Epiſcopatu XXV. ann. et vnum menſem et X dies reſedit, Cuius anima in perpetua pace requieſcat. Hic uiuens dedit et aſſignauit eccleſie noſtre Hauelbergenſi mille florenos ſumme capitalis depoſitos ſub cenſu annuo apud nobilem Leuinum de Bulow nepotem ſuum Et deputauit dominum Petrum Conradi canonicum et officialem ſuum in perpetuum teſtamentarium et Executorem huiusmodi ſumme capitalis et cenſuum inde prouenientium Cum poteſtate perpetuo et ſucceſſiue ſubſtituendi alium etc. Pro quibus cenſibus annuis ordinauit fieri quater in anno quatuor memorias ſolemnes in angarijs iuxta conſuetudinem ecclefie. Item ſingulis ſeptimanis perpetuo feria quarta ſub ſilentio et eleuatione venerabilis ſacramenti Euchariſtie Tenebre facte ſunt cum verſiculo et collecta Reſpice queſumus nec non ſabbato poſt Completorium Salue Regina aut Regina celi iuxta congruentiam temporis cum verſiculo et Collecta congruentibus. Item fundauit et fieri conſtituit, quod ad ſingulas horas in choro eccleſie noſtre Hauelbergenſis debeat addi perpetuo ſubmiſſa voce, ut anime omnium fidelium defunctorum per piam et magnam dei miſericordiam requieſcant in perpetua pace, Et chorus debeat reſpondere Amen.

Petrus Conradi canonicus, officialis et Decanus manu propria.

Julius.

B. III. Anno domini XV^c. XLVIII. die Martis tertia menſis Julii obiit dominus quondam Leonhardus Keller, vtriusque juris Licentiatus prepoſitus et canonicus Hauelbergenſis coniugatus, et reliquit eccleſie quinquaginta florenos pro vna perpetua memoria.

A. XV. Anno domini XV^c. Lquarto die dominica XV. huius menſis jn opido Berlin (obijt) dominus quondam Johannes de Walwitz canonicus Magdeburgenſis et Halberſtadenſis nec-

Digitized by Google

non Decanus Magdeburgenſis et prepoſitus Hauelbergenſis obijt, Et reliquit eccleſie Hauelbergenſi XX^{ti} taleros ad edificationem turris et ipſius prenauilj.

Anno XV^{c}. tricesimo nono venerabilis dominus et Magiſter Petrus Conradi canonicus et officialis Hauelbergenſis de communi conſenſu venerabilis capituli Hauelbergenſis exaltauit feſtum diuiſionis apoſtolorum et affignauit ac dedit ad hoc, prout in teſtamento ſuo.

C. XVII. Anno domini XV^{c}. quadrageſimo octauo, die Martis, decima ſeptima menſis Julij vacante ſede Epiſcopalj eccleſie Hauelbergenſis per obitum domini quondam Buſſonis de Alueníleuen, Qui die Veneris quarta menſis Maii eiuſdem anni currentis diem in domino clauſit extremum et cuius anima in perpetua pace quieſcat, fuit concorditer et nullo diſcrepante in Epiſcopum Hauelbergenſem poſtulatus Reuerendiſſimus et Illuſtris Princeps et dominus, dominus Fredericus Marchio Brandenburgenſis, Stettinenſis, Pomeranie, Caſſuborum, Sclauorum et in Sileſia ad Croſſen dux, Burggrauius Nurembergenſis et Rugie Princeps, Nec non ad eccleſiam Metropoliticam Magdeburgenſem Coadiutor et Succeſſor poſtulatus. Is antequam per ſedem apoſtolicam fuit confirmatus ex mera liberalitate dedit et affignauit eccleſie Hauelbergenſi vnam magnam campanam continentem ſeptem cum medio centenarias in pondere, veſtes ſacras magni valoris, duo magna et quatuordecim media candelabra de auricalco. Prefatus dominus Fredericus Marchio in Archiepiſcopum Magdeburgenſem et Epiſcopum Halberſtadenſem confirmatus obijt anno domini XV^{c}. LII, tertia Octobris Et in Halberſtad ſepultus.

September.

F. XXII. Anno Domini 1524 die 22. Decembris (Septembris?) obijt Venerabilis et Nobilis vir Wichmannus gladow.

October.

A. VIII. Anno domini 1563 Freitags nach Franciſci, welcher iſt der 8. tagk Octobris, iſt her Johann fuegk Thumherr dieſer kirchen in godt endtſchlaffen, godt ſey der ſelen gnadich.

December.

B. XXV. Anno domini XV^{c}. quadrageſimo tertio, die ſuperius annotata, venerabilis dominus Petrus Conradi Canonicus huius eccleſie et officialis generalis dedit et affignauit ad eccleſiam hanc perpetuo permanendum librum ſuum pergameneum, inxta et ſecundum ordinarium eccleſie Brandenburgenſis Impreſſum, Quod manu ſua propria atteſtatur, pro miſſali officio perpetuum celebrando.

Nach der Handſchrift des Dechanten Peter Conradi im K. Geh. Miniſterial-Geſammt-Archive.

LXXXVII. Extract aus Acten über die biſchöfliche Freiheit zu Havelberg.

Bericht des Magnus Jhaen, Zöllner zu Havelberg, vom 8. Nov. 1578 an den Churfürſten.

— „das ich bis anhero von ſolcher Freyheit kein wiſſentſchaft getragen, das es aber ein wuſter vngebawter kampff ader platz geweſen, weis ich mich wol zu erinnern, vnd ſeiu bey meiner Zeitt von etzlichen hern des Capittels doſelbſt koelgarten angericht. Do ich mich aber deſſen bei den elteſten hirvmblangk erkundigen wollen, werde ich vor erſten von Hans konigefsmarcken erbgeſeſſen zu Berlitt boricht, das jme gar wol bewuſst, das es des Biſchoffs Freiheit genant were vnd hette zu

Digitized by Google

mehrmaln mit des Biſchoffs hoffgeſinde in ſeiner Jugendt dorauff getanzt, geſprungen vnd gutter Dinge geweſen. — Dorauff die heren des Capittels vnter andern boricht, das ſie zum theil wuſten, auch von jren furfaren gehört hetten, das Biſchopff Hieronimus milder gedechtnüs bei ſeiner Zceit ſeiner Regierung etzlichs bawholtz an derſelbigen Stelle bey des ſwibeckers haus hette anfuren laſſen jn meinung doſelbſt zu bawen. Es were aber hernacher das gebew nicht geferttigt, beſondern liggend pleiben vnnd were dieſen heren nicht wiſſendlichen, ob das gepew J. f. g. die zceit von dem Capittel zu erbauend gewehret worden, oder ob J. f. g. ſolches gudtwilligk hetten pleiben laſſen".

Reſcript des Churfürſten an den Zöllner vom 24. Nov. 1578.

„Wir haben die nachrichtunge, die Biſchoffs Freiheit belangende vorm Thumb zu Hauelberg, daz ſolcher Raum nu vnd allewege, one einiges wiederſprechen, dem Biſchofe der orte zuſtendigk, vernommen. Dorumb wir denſelben auch nicht in Zweiffel ziehen laſſen können, ſondern maſsen vns desſelben billich als des vnſern an, haben auch denſelben vnſerm lieben getrewen Chriſtoff von Thümen vff ſondere Maſse abgetreten vnd eingereumett, etliche gebeude doruff zu ſetzen, dir hiermit beuelende, du wolleſt nicht alleine ſolchen ort, ſoweit ſich derſelbe vom Thore der Beckerei ahn nach der Mawer des kruges vnd nach ausweiſung des Zauns vnnd ſonſten allenthalben in ſeinem begriff erſtrecken würd, wieder ſchleuſsen, vnangeſehen was vor kholgertten oder andere gebewde doruff gemacht vnd gebawet, nochmals abſtecken, ſondern auch Criſtoff von Thümen ſolchen abgeſteckten ortt vnd Biſchoffsfreiheit von vnſerntwegen anweiſsen".

LXXXVIII. Verzeichniß der gegenwärtig noch erhaltenen Leichenſteine des Domes zu Havelberg mit Angabe ihrer Inſchriften.

1. **Leichenſtein Biſchofs Hermann Markgrafen von Brandenburg, geſt. 1291.**
   Leg. Anno M. CC. XCI. obiit dominus Hermannus huius eccleſie epiſcopus Marchio Brandenburgenſis pie memorie.

2. **Leichenſtein des Markgrafen Johann von Brandenburg poſtulirten Biſchofes, geſt. 1292.**
   Leg. Anno domini M. CC. XCII. obiit dominus Johannes Marchio Brandenburgenſis in huius eccleſie epiſcopum poſtulatus.

3. **Leichenſtein des Biſchofs Reyner, geſt. 1319.**
   Leg. Anno domini M. CCC. XIX. IIII. kal. Februarii obiit Dominus Reynerus Havelbergenſis eccleſie epiſcopus XXI^mus. cuius anima requieſcat in pace amen.

4. **Leichenſtein des Domprobſtes Johann von Buch, geſt. 1323.**
   Leg. Anno domini M. CCC. XX. III. V. nonas Octobris obiit Dominus Johannes de Buch . . . . . eccleſie Havelbergenſis cuius anima requieſcat in pace amen.

5. **Leichenſtein des Biſchofs Heinrich, geſt. 1324.**
   Leg. Anno domini M. CCC. XXIIII. V. kal. Oc . . . . . s Hinricus Havelbergenſis epiſcopus XXII^us cuius anima requieſcat in pace amen.

Digitized by Google

6. Leichenſtein des Domherrn Otto von Buch, geſt. 1328.
   Leg. Anno domini M. CCC. XXVIII. XXII. kal. Junii obiit Dominus Otto de Buch Havelbergenſis eccleſie canonicus cuius anima requieſcat in pace.

7. Leichenſtein des Biſchofs Burchard von Bardeleben, geſt. 1348.
   Leg. Anno domini MCCCXLVIII. die Prifce virginis obiit uenerabilis pater Dominus Borchardus de Bardeleue . . . . . eccleſie epiſcopus cuius anima requieſcat in pace amen.

8. Leichenſtein des Domprobſtes Conrad von Woldenhagen, geſt. 1348.
   Leg. Anno domini M. CCC. LXXII.*) in die beate katherine uirginis obiit honorabilis uir Dominus Conradus de Woldenhaghen huius eccleſie prepoſitus, cuius auima requieſcat in pace amen.

9. Leichenſtein des Biſchofes Dieterich Man, vom Jahre 1385.
   Leg. Anno domini M. CCC. LXXXV. pridie idus auguſti obiit uenerabilis in chriſto pater et Dominus, Dominus Deodericus dictus Man huius eccleſie XXVII. epiſcopus cuius anima requieſcat in pace.

10. Leichenſtein des Priors Conrad von Santersleben, geſt. 1390.
    Leg. Anno domini M. CCC. LXXXX. in die beati Barnabe apoſtoli obiit bone memorie Dominus Conradus de Santersleue prior huius eccleſie.

11. Leichenſtein des Domprobſtes Gerhard, geſt. 1397.
    Leg. Anno domini M. CCC. nonogeſimo VII. obiit pie recordacionis Dominus Gherardus prepoſitus eccleſie Hauelbergenſis.

12. Leichenſtein des Biſchofes Johann Wopeliz, geſt. 1401.
    Leg. Anno domini M°. CCCC°. primo nono kal. marcii obiit pie recordacionis dominus Johannes epiſcopus XXVIII^us^. cuius anima requieſcat in pace amen.
    (In memoria eterni ſunt ſancti amen)

13. Grab-Monument des Biſchofes Johann Wopeliz.
    Leg. Anno domini M°. CCCC°. primo nono kal. Marcii venerabilis pater Dominus Johannes Wopeliſſe huius eccleſie epiſcopus XXVIII^mus^ cuius anima requieſcat in pace amen.

14. und 15. Leichenſtein des Gerhard Schönhauſen, geſt. 1406, und des Domprobſtes Johann von Möllendorf, geſt. 1413.
    Leg. Anno domini M°. CCCC°. VI°. in die Laurencii obiit gherardus Schonehuſen.
    Anno domini M°. CCCC°. XIII°. obiit dominus Johannes Mollendorp prepoſitus eccleſie Hauelbergenſis.

16. Leichenſtein des Probſtes zu Ruppin Johannes Sabelli, geſt. 1410.
    Leg. Anno domini M. CCCC. X. obiit dominus Johannes Sabelli prepoſitus Ruppinenſis cuius anima requieſcat in pace amen.

---

*) Es iſt nicht deutlich zu erkennen, ob die Jahreszahl 1372 oder 1373 lautet. Da indeſſen der Nachfolger am Neujahrstage 1373 die Probſtei verwaltete, ſo muß das Jahr 1372 angenommen werden.

Digitized by Google

17. Leichenſtein des Domprobſtes Ludolph von Quitzow, geſt. 1423.
Leg. Anno domini Milleſimo CCCC. XXIII. kal. Junii obiit Dominus Ludolphus de Quitzow prepoſitus huius eccleſie cuius anima requieſcat in pace amen.

18. Leichenſtein des Prior Johann von Ghere, geſt. 1423.
Leg. Anno domini M. CCCC. XXIII. ipſo die Cecilie virginis obiit Dominus Johannes de ghere prior huius eccleſie hic ſepultus cuius anima requieſcat in pace amen.

19. Leichenſtein des Biſchofes Otto von Rohr, geſt. 1427.
Leg. Anno domini MCCCCXXVII. ipſo die Priſce virginis obiit reuerendus in chriſto pater . . . . . epiſcopus huius eccleſie Havelbergenſis cuius anima requieſcat in pace amen.

20. Leichenſtein des Domprobſtes und erwählten Biſchofes Friedrich Krüger, geſt. 1427.
Leg. Anno domini M°. CCCC°. XXVII°. feria quarta poſt dominicam Letare obiit venerabilis dominus magiſter Fredericus Kruger prepoſitus et electus epiſcopus Hauelbergenſis cuius anima requieſcat in pace amen.

21. Leichenſtein des erwählten und confirmirten Biſchofes Johann von Buſt.
Leg. Anno domini Milleſimo CCCC. XXVII. XVI. kalendis . . . obris obiit pie memorie dominus Johannes de buſt electus et confirmatus ſed nondum conſecratus epiſcopus huius eccleſie cuius anima requieſcat in pace amen.

22. Leichenſtein des Domprobſtes Henning Wuthenow, geſt. 1449.
Leg. Anno domini Milleſimo CCCC°. XLIX. feria ſecunda poſt Judica obiit honorabilis dominus Henningius Wutenov prepoſitus huius eccleſie cuius anima requieſcat in pace amen.

23. Leichenſtein des Biſchofes Conrad Lintdorf, geſt. 1460.
Leg. Anno domini M°. CCCC°. . . . . obiit venerabilis in criſto pater et dominus, dominus Conradus Lintdorp eccleſie Havelbergenſis epiſcopus XXX^mus^. cuius anima requieſcat in pace.

24. Leichenſtein des Domprobſtes Gerhard Rodevoß, geſt. 1463.
Leg. Anno domini M°. CCCC°. LXIII°. pridie kalendas Februarii obiit venerabilis dominus Gherardus Rodevos in decretis licenciatus huius eccleſie prepoſitus cuius anima requieſcat in pace.

25. Leichenſtein des Edlen Herrn Caſpar Gans zu Putlitz, geſt. 1465.
Leg. Na criſti bord M°. CCCC°. LXV°. iare am erſten mandaghe in der vaſten ſtarf de wolgheboren Jaſpar ghans here to potleſt des ſele rouwe in dem frede.

26. Leichenſtein des Biſchofes Wedego Edlen Herrn zu Putlitz, geſt. 1487.
Legende faſt ganz unleſerlich.

27. Leichenſtein des Biſchof Buſſo I. von Alvensleben, geſt. 1493.
Leg. Anno domini MCCCC. XCIII. XII. octobris obiit reuerendus in criſto pater et dominus, dominus Buſſe de Aluenſteue huius eccleſie epiſcopus cuius anima requieſcat in pace.

28. Leichenſtein des Biſchofes Otto von Königsmark, geſt. 1501.
Leg. Anno domini 1501 die Veneris viceſima menſis auguſti obiit reuerendus in criſto pater et dominus dominus Otto de Konnigesmarke epiſcopus eccleſie Havelbergenſis cuius anima requieſcat.

Digitized by Google

29. Leichenſtein des Biſchofes Johann von Schlabberndorf, geſt. 1520.

Leg. Anno domini Milleſimo quingenteſimo XX. duodecimo Auguſti obiit reuerendus in Chriſto pater et dominus dominus Johannes de Slaberndorp utriusque iuris doctor eccleſie Havelbergenſis epiſcopus cuius anima requieſcat in pace amen.

30. Leichenſtein des Domprobſtes Chriſtian Multzke, geſt. 1526.

Leg. Anno domini MCCCCCXXV. XXV. Decembris obiit venerabilis vir Dominus Chriſtianus wultzke prepoſitus eccleſie Havelbergenſis fundator huius capelle ſancte Anne cuius anima requieſcat in pace amen.

31. Leichenſtein Chriſtophs von der Schulenburg, geſt. 1570.

Leg. Anno domini 1570 Den 23. Octoner Iſt der Edler Vnd Truveſter Chriſtoffer Von der Schvlenburg der Elter Seliglich Entſlaffen dem Got Gnedig.

Digitized by Google

XX.

Bemerkungen über die kirchlichen Verhältnisse der Prignitz in der katholischen Zeit.

1. Von kirchlichen Personen und Aemtern.

Die Prignitz gehörte ungetheilt zu dem Bisthume Havelberg, welches außer der Prignitz noch Theile von Mecklenburg und die Herrschaft Ruppin begriff. Die Bischöfe hatten aber seit dem dreizehnten Jahrhunderte nicht zu Havelberg bei ihrer Stiftskirche, sondern zu Wittstock in einem der Tafelgüter des Bisthumes ihren Sitz. Exemtionen von der bischöflichen Gewalt, wie solche in der Altmark vorkamen, gab es in der Prignitz nicht. Auch die bedeutendsten Klöster des Landes, Heiligengrabe und Stepnitz, waren der bischöflichen Gewalt, gleich dem Domcapitel zu Havelberg, nach allen Seiten hin unterworfen.

In der Eigenschaft von Priestern und Seelsorgern waren die Havelberger Bischöfe zugleich Pfarrer zu Wilsnack, dessen Pfarramt im Jahre 1300 durch päbstliche Incorporation dem Bisthume verliehen war und durch das nachgehends hier aufgefundene wunderthätige heilige Blut besondere Bedeutung erlangte (Bd. II, 139). Hier sah man die Havelberger Bischöfe, wiewohl von Vicarien unterstützt und in Abwesenheitsfällen vertreten, oft selbst mit dem Beispiele der Seelsorge, der Predigt, der Verwaltung der Sacramente und des Meßopfers den Pfarrern ihrer Diöcese vorangehen. In ihrer Eigenschaft als Bischöfe zeigen sie sich theils durch die Verrichtung der ihnen vorbehaltenen heiligen Geschäfte, nämlich in der Weihe der Geistlichen, Consecration von Kirchen, Kapellen und Altären, Benedictien der Kirchhöfe, theils in der kirchlichen Gesetzgebung, in der Ausübung des Dispensationsrechtes, der Gerichtsbarkeit und der Diöcesanaufsicht, so wie in der Verleihung von Ablaß für Wohlthäter frommer und milder Stiftungen, oder in der Verleihung von geistlichen Beneficien thätig. Eine Hauptthätigkeit der Bischöfe nahm auch die Administration ihrer ausgedehnten Tafelgüter, die Ausübung der Lehnsherrlichkeit über ihre zahlreichen Vasallen und die Regierung ihrer unmittelbaren Unterthanen in Anspruch. Nebenbei mußten diese geistlichen Herrn sich noch vielfältig der Leistung von Rathsdiensten am landesherrlichen Hofe und der Ausrichtung mannigfaltiger Commissionen der Landesherrn in weltlichen, so wie päbstlicher Commissionen in geistlichen Angelegenheiten, unterziehen.

Digitized by Google

senheiten, wozu der Müssiggang verführt, als an den Werktagen, theils auch, weil die vorhandenen Arbeitstage dem Armen nicht hinreichen, seinen Unterhalt zu erwerben".

Doch blieb auch nach Wedego's Zeit immer noch ein großer Theil des Jahres dem Fasten und müssigen Feiern geweiht. Im Anfange des 16. Jahrhunderts wurde es mit dem Fasten und Arbeiten an den im Laufe des Jahres vorkommenden Festen in folgender Weise gehalten. Im Advente, da das Kirchenjahr begann, ermahnten die Priester alle Gläubigen, sich durch Fasten zum Genusse des heiligen Abendmahls am Weihnachtstage vorzubereiten. Diese Fasten wurden aber nicht erzwungen. Ebenso wurde zu den Fasten nur ermahnt am Tage St. Nicolai, des Empfängnisses Mariä und der heil. Lucia. Am Abend vor St. Andreastag, am Thomastage und zu Weihnachten mußten Alle fasten und die Arbeit ruhen lassen. Am Tage Petri Stuhlfeier konnte nach der Messe Ackerbau getrieben werden. Am Vorabend St. Mathäi wurde gefastet und der Tag aufs Höchste gefeiert. Dasselbe fand am Tage Mariens Verkündigung statt. Zu Ostern durfte am vierten Feiertage den Armen erlaubt werden zu arbeiten. Am Tage St. Gregorii mußten alle schmutzigen Geschäfte vermieden werden. Am Tage des heil. Marcus fand strenges Fasten statt, doch konnte nach Mittag Ackerbau getrieben werden. Ebenso wurde es am Tage der Kreuzeserfindung gehalten. Am Tage Johannis ante portam Latinam mußten schmutzige Geschäfte vermieden werden. Vor Pfingsten fanden vier Bettage statt, die mit strengem Fasten gefeiert wurden. Das Pfingstfest war ebenfalls ein viertägiges, doch durften die Armen am vierten Tage Feldarbeiten verrichten, auch durften Feldarbeiten zum Besten der Kirche an diesem Tage, wie am vierten Ostertage, vorgenommen werden. Hierauf folgte ein dreitägiges Quatemberfasten. Die nächsten Fasttage waren das Frohnleichnamsfest und der Johannistag, welche überhaupt strenge gefeiert wurden, ebenso die Tage Petri und Pauli, Pauli Gedächtniß, Mariä Verkündigung, Jacobi und Petri Kettenfeier. Am Tage Petri Kettenfeier und am Tage Pauli Gedächtniß konnten indessen im Nothfalle Erndtearbeiten gestattet werden. Bei den hiernach folgenden Festtagen des heil. Laurentius, Mariens Himmelfahrt, Bartholowäi, Annä, Mariä Geburt und Kreuzeserhöhung fand volle Feier statt mit Fasten am Vorabend, außer am letztgedachten Tage, an welchem auch das Arbeiten auf dem Felde nach der Messe gestattet war. Hiernächst folgten die drei Quatembersastage und in dieser Weise ging es auch den folgenden Theil des Jahres fort. Außerdem gab es noch viele Feste, an deren Feier die Gemeinde nicht Theil nahm, die vielmehr bloß von der Geistlichkeit begangen wurden, z. B. der Margarethentag, die Apostel-Theilung, der Tag der Jungfrau Barbara und andere. Der Tag der Weihe jeder Kirche aber, so wie der Gedächtnißtag ihres Schutzheiligen, wurde von der Gemeinde gleich den höchsten Festtagen mit Fasten und Ruhen begangen.

Mit besonderer Sorge wachten die Bischöfe über die Feier des Sonntages. Er sey der wichtigste von allen Festtagen, sagt Konrads Kirchenordnung vom Jahre 1427 (Tit. X.), weil das Größeste, was Gott auf Erden habe geschehen lassen, am Sonntage vollbracht worden sey. Am Sonntage habe die Welt ihren Ursprung genommen, am Sonntage sey Christus geboren, und nachdem er seine Kirche mit seinem am Stamme des Kreuzes vergossenen Blute befestigt, sey er am Sonntage von den Todten auferstanden. Die Bischöfe ließen daher oft die Eingesessenen ihrer Diöcese zur Heiligshaltung des Sonntages ermahnen. Jener Bischof Konrad gab im Jahre 1427 den Pfarrern bei Strafe der Excommunication auf, ihre Pfarrkinder beiderlei Geschlechtes drei Monate hindurch alle Sonn- und Festtage bei der Messe öffentlich zu ermahnen und selbigen befehlsweise des Bischofs Beschluß anzuzeigen, damit niemand zukünftig mit Unwissenheit sich entschuldige, den Sonntag zu Ehren der Auferstehung des Herrn in Zukunft gleich den höchsten Festen zu feiern. Es soll darnach keine Art von Arbeit, Roth- und Liebesdienste ausgenommen, an diesem heiligen Tage vorgenommen, sondern der Tag ganz mit Abstürzung

Digitized by Google

von Lobgesängen auf den Herrn und anderen geistlichen Liedern hingebracht werden. Die Krämer sollen nicht auf dem Markte, noch weniger in der Nähe der Kirche oder auf den Kirchhöfen, Waaren ausbieten. Adliche Gutsbesitzer so wenig als Bürger und Bauern, sollen Pferde oder Ochsen an Pflug oder Wagen spannen, noch aufahren. Es sollen auch die Landleute an diesem Tage nichts Käufliches von ihren Producten in die Städte führen, und was sie doch einbringen mögten, soll nicht gekauft werden. Jede Contravention gegen diese Bestimmung soll durch das geistliche Gericht mit 2 Pfund Wachs bestraft werden, wovon 1 Pfund der Kirche und 1 Pfund dem geistlichen Richter zufallen.

In Ansehung der Feier des öffentlichen Gottesdienstes an den Fest- und Sonntagen wurden mehrere eingeschlichene Mißbräuche von Zeit zu Zeit durch strenge bischöfliche Verbote abgestellt. So verboten z. B. bischöfliche Verordnungen von den Jahren 1342 und 1463 das Einwechseln von Opferpfenningen innerhalb der Kirche. Manche solche Mißbräuche, deren Stattfinden man aus dem Verbote derselben erkennt, waren so eigenthümlich, daß man sich jetzt kaum eine Vorstellung davon macht, wie sie entstanden seyn konnten. So verbot z. B. Bischof Dietrich im Jahre 1375 bei einer Strafe von 2 Mark Silbers den Priestern, bei dem Gottesdienste in den Kirchen ferner Adler, Falken oder dergleichen Vögel auf den Schultern zu tragen. — Eine andere, die Andacht beim Gottesdienste noch mehr stöhrende und die heiligen Stätten entweihende Sitte des vierzehnten Jahrhunderts bestand in einer Art von Maskenscherz, welcher in den Kirchen getrieben wurde. Junge Leute stürmten verkleidet und mit Larven angethan in die Kirchen hinein. Theils als Unholde oder als Thiere verkleidet, theils mit spöttischen auf religiöse Dinge bezüglichen Charactermasken angethan, verübten sie hier allerhand Neckereien, stöhrten den Gottesdienst, fingen auch wohl Zank und Schlägerei unter einander an und entweihten die heiligen Stätten. Die Pfarrer sahen diesem Unwesen meistens ruhig zu, bis der Bischof Dietrich dasselbe im Jahre 1375 aufs Strengste, bei Strafe der Excommunicirung verbot. Doch dieses Verbotes ungeachtet, erhielt sich in den Kirchen an den Tagen der Heiligen und andern Festtagen, besonders in der Passionszeit, eine Art von Schauspiel mit Gesang, Musik und Darstellung in Gebrauch, was keineswegs geeignet war, auf die Erregung und Belebung frommer Gefühle hinzuwirken. Allerhand Schamlosigkeiten, Albernheiten und Possenstreiche kamen dabei zum Vorschein und reizten sowohl die Spielenden, wie die Zuschauer zu sündhaften Begierden, oder waren im besten Falle, nach dem eignen Urtheile einsichtsvoller Geistlichen jener Zeit, doch mehr zum Lachen und zu roher Belustigung, als zur religiösen Erbauung geeignet. Der religiöse Sinn des Volks fühlte zwar bisweilen das Sträfliche dieser Entweihung des Gottesdienstes und schrieb es, wenn einen Helden dieser Schauspiele plötzlicher Tod hinwegriß oder ihn sonst ein Unglück befiel, dem göttlichen Zorne darüber zu. Doch die Priester hatten in der Regel Gefallen an diesem Treiben und führten solches selbst in die Kirchen ein. So wenigstens schildert der Bischof Wedego diesen Mißbrauch, als er im Jahre 1471 Bischof Dieterichs Vorschrift erneuete und alle solche Spiele, weltliche Gesänge und theatralischen Possen in den Kirchen nochmals verbot.

Einen sehr ärgerlichen Mißbrauch gestaltete man auch aus der Sitte, daß Fürsten und Fürstinnen und sonst hochgeachtete Männer und Frauen von der Geistlichkeit feierlich in die Kirche eingeleitet zu werden pflegten. Die Geistlichen bei den Pfarrkirchen ließen diese Ehre nun auch andern von ihnen begünstigten Personen zu Theil werden, vorzüglich aber nur Frauen und Jungfrauen, die sie dann auch wohl während der Zeit des Gottesdienstes in den Kirchen umherführten, unter allerlei müssigen Aufstellungen, die sie mit solchen Frauenzimmern vornahmen, indem sie z. B. bald vor ihnen aufgingen, bald ihnen nachfolgten, bald sie unter die Arme faßten, bald ihnen die Seiten und den Nacken betasteten, bald sie selbst, bald ihnen die Kleider trugen und in die Höhe hoben. Bischof Dieterich setzte auch der Beibehaltung dieses Mißbrauches zuerst seine bischöfliche Strafgewalt entgegen. Ueberhaupt sollte die Geistlich-

Digitized by Google

keit künftig nur Töchter eines Fürsten, eines Grafen oder sonst eines erlauchten Herrn feierlich in die Kirche einführen dürfen.

Konnten nun gleich solche Mißbräuche, die von den Priestern zugelassen oder begünstigt wurden, oder auch von ihnen selbst ausgingen, nicht vortheilhaft, sondern nur verderblich auf die Sitten der Laien wirken; so ist doch auch andererseits mannigfaltiger wohlthätiger Einfluß der Geistlichkeit auf das Leben und Verhalten der Gemeinde nicht zu verkennen. Zu den Mitteln, wodurch die Kirche einen ehrbaren Wandel auch unter den Laien zu befördern suchte, gehörte z. B., daß die Kirche den Spielern, Säufern und den in Schenken und Herbergen in Folge von Unmäßigkeit verstorbenen Personen ein ehrliches Begräbniß versagte, daß sie die in wilder Ehe lebenden Personen verfolgte, die Hurerei und sonstige jetzt straflose unsittliche Handlungen mit öffentlicher Buße an den Betheiligten heimsuchte, auch mittelst der Beichte manches Verbrechen entschleierte und zur geistlichen Bestrafung zog, was der weltlichen Polizei und Gerichtsgewalt verborgen geblieben war. Es fehlte der Kirche in damaliger Zeit viel weniger an guten Einrichtungen als an guten Kirchenbeamten, welche dieselben unnachsichtig zur Anwendung brachten und nicht selbst mit Handlungen sich befleckten, die sie berufen waren an Andern zu ahnden.

Bischof Konrad machte den Geistlichen auch die möglichste Bemühung zur Pflicht, den Aberglauben auszurotten, welcher besonders in dem Beifalle, welchen Weissagungen und Zaubereien fanden, sich aussprach. Die Pfarrer sollten insonderheit ihre Pfarrgemeinde häufig darin unterweisen, daß durch Weissagungen, magische Künste, Anrufungen und dergleichen, welcher Worte, Schriften und Zeichen man sich auch dabei bediene, keiner Krankheit, weder beim Menschen noch beim Vieh, Abhülfe und Heilung verschafft werden könne, sie auch mit der Strafe der Excommunication für den Fall bedrohen, daß sie sich nicht von dergleichen Aberglauben ferne halten, oder Wahrsager aufnehmen und um Rath fragen würden. Diese sollten sie vielmehr dem Pfarrer anzeigen, damit sie von dem letztern aus der Gemeinde ausgestoßen würden.

Mit übertriebener Härte aber verfolgte die Kirche die Wucherer, worunter man alle solche Personen begriff, die aus dem Leihen um Zins ein Gewerbe machten. Sie sollten nach Reiners Regeln und des Bischof Burchards Verordnung vom Jahre 1342 öffentlich von den Kanzeln durch die Pfarrer für excommunicirt erklärt werden. Dieselbe Vorschrift wiederholten auch die Kirchenordnungen von den Jahren 1427 und 1463 mit dem Hinzufügen der Einrichtung, daß die Pfarrer die Wucherer vier Mal im Jahre öffentlich bei der Messe ermahnen sollten, von ihrem, dem alten wie dem neuen Testamente zuwider laufenden Gewerbe abzulassen, und ihnen vorhalten, wie sie sonst der Gemeinschaft mit Christo und seiner Kirche und dereinst eines Christlichen ehrlichen Begräbnisses ermangeln würden. Die Kirche konnte indessen hier nicht erreichen, was sie erstrebte. Das Bedürfniß des Leihens in kleinen Summen und darauf gerichteter Leihgeschäfte war schon damals sehr dringend, besonders in den kleinen Städten. Es hatten daher auch solche Geschäfte, die man als wucherlich betrachtete, überall in der Prignitz große Ausdehnung gewonnen. Bischof Konrad klagt i. J. 1427 (Tit. VIII. d. Kirch.-Ordn.), daß es in der Stadt, wie in der ganzen Diöcese Havelberg, überall Menschen beiderlei Geschlechts gäbe, die sich eigens darauf legten, Geld in kleinen Summen auszuleihen, bei dessen Rückzahlung sie sich oft $\frac{1}{3}$ bis $\frac{1}{2}$ mehr, als das Darlehn betrage, zurückzahlen ließen. Durch die Verfolgung solcher, den Bedürfnissen entsprechender Leihgeschäfte von Seiten der Geistlichkeit, wurde das Wucherliche derselben mit der Zeit nur um so größer, indem den heimlichen Unternehmern solcher Geschäfte über den Gewinn, womit sie sich sonst begnügt hätten, nun auch noch die Gefahr in harte geistliche Strafen zu verfallen, und das Widrige öffentlicher Verunehrung, in dem Zinse vom Borger vergütet werden mußte.

Digitized by Google

Urkunden.

Sammlung der Synodalſtatuten und allgemeinen kirchlichen Verordnungen der Biſchöfe von Havelberg.

Die nachfolgenden Statuten und allgemeinen kirchlichen Anordnungen der Biſchöfe Havelbergs für ihre Diöceſe ſind theils dem Anhange zu dem vom Biſchofe Johann im Jahre 1511 herausgegebenen Brevir, theils einem alten Havelberger Copialbuche der von der Hagenſchen Bibliothek zu Hohennauen entnommen. Das letztere iſt durch Vermittlung des Königl. Directors und Hauptmannes Herrn v. Ledebur dem Herausgeber gefälligſt mitgetheilt. Die Sammlung dieſer Statute und Verordnungen verbreitet ſo manche Aufklärung über das kirchliche Leben in der Prignitz vor der Reformation, über die geiſtliche Wirkſamkeit der Biſchöfe ſo wie auch über die Bildung mancher Grundſätze des noch gegenwärtig gültigen Märkiſchen Kirchenrechtes, daſs ſie eines vollſtändigen Abdruckes nicht unwerth ſcheinen dürfte, zumal da ihr Inhalt für die Bearbeitung der Märkiſchen Kirchengeſchichte ſowohl wie des Märkiſchen Kirchenrechtes bis jetzt ganz unbenutzt geblieben iſt.

I. Biſchof Reinars Regeln für die Pfarrer der Havelberger Diöceſe, vom Jahre 1313.

(Incipiunt Regule plebanorum per dioceſin hauelbergenſem, tradite a venerabili domino, domino Reynero Epiſcopo hauelbergenſi, anno domini M°. CCC°. XIII°. *). Populum vobis commiſſum edificate et inſtruite verbo et evangelio; fidem katholicam firmiter tenete et ejus articulos populo quantum congruit explicate. Item horas canonicas ſingulis diebus in eccleſiis explete. Idem faciant altariſte. Item Sacramentis eccleſiaſticis reuerentiam exhibite et ad idem populum informate. Item eadem abſque ſimonie vicio populis miniſtrate. Item ipſa ſub deuota cuſtodia reſeruate. Item ad baptizandum cum vnus patrinus ſufficiat, tres tamen tollerate. Item corporalia et ornamenta ſacerdotalia munda ſeruate. Item clandeſtina matrimonia reprobate et bannum proponite. Item proprios parochianos, non alienos, matrimonio copulate. Item tempore prohibito ſollempnitates nuptiarum prohibite. Item penitentes in caſibus ſuperioribus reſeruatis ad ſuperiores abſoluendos remittite. Item ſacra veſtris et non alienis miniſtrate. Item confeſſores vobis de licencia ſuperioris eligite. Item in eccleſiis et altaribus non conſecratis ſine licentia diuina non peragite. Item in eccleſiis pollutis celebrare nolite. Item in Cimiteriis pollutis non circuite nec mortuos ſepelite. Item vitam honeſtam et clericalem obſeruate. Item victu et veſtitu et ornatu vos temperate. Item tonſuram decentem cum corona clericali habete. Item a frequentatione tabernarum abſtinete, ludos taxillorum vitate. Item publica ſpectacula et torneamenta fugite. Item clamoroſas venationes non excercete. Item caſte et honeſte viuite, Suſpectas mulieres a vobis abicite. Item negociationes inhoneſtas non excercete. Preterea ad eccleſiaſtica beneficia canonicum ingreſſum habete. Item in beneficiis adeptis canonice perſonaliter reſidete. Item plura beneficia nullatenus retinete. Item in primo anno veſtre prefentationis ordinem ſacerdotalem

*) Die ( ) eingeſchloſſenen Stellen ſtehen im Copialbuche und fehlen im Breviarium; dieſes theilt die Urkunde auch ohne Datum und ohne das häufig ſich wiederholende „Item" mit.

Digitized by Google

recipite. Item abſque licentia noſtra eccleſias non conducite nec locate. Item clericum ignotum in Capellanum non recipite. Item plures miſſas (per vnum ſacerdotem) niſi in caſibus conceſſis vno die non celebrate. Item bona inuenta (poſt mortem anteceſſorum dotem ſpoliando) non alienate. Item campanas, libros, calices et alias res eccleſie ſine licentia noſtra vendere non permittite. Item patronos eccleſiarum bona ſacerdotum ſibi vſurpare prohibite. Item computacionem annuatim cum prouiſoribus eccleſiarum habete. Item ad ſanctimoniales vos prepoſiti ſine religione non introite. Item extraneas ſiue ſeculares mulieres cum eis pernoctare non permittite. Item maſculos cum eis fabulari aut ad eas claſtrum intrare non ſinite. Item vos prepoſiti res eccleſiarum abſque noſtra licentia non vendite. Item occiſos in tabernis et inconfeſſos non ſepelite. Item vſurarios manifeſtos et ſtatutarios excommunicatos denunciate. Item memoriam noſtrorum anteceſſorum epiſcoporum (ad preces noſtras) peragite. Item has conſtitutiones omnes habete et ſub pena Synodali duarum marcarum argenti fideliter reſeruate.

II. Biſchof Dieterich's Strafgeſetz gegen die Kirchenräuber, Brandſtifter in Kirchengütern, Käufer und Verkäufer derſelben, vom Jahre 1327.

Tidericus dei gratia Hauelbergenſis eccleſie Epiſcopus vniuerſis prelatis, totique clero ſue dioceſis Salutem in domino. Exigit peruerſorum audacia, ut non ſolum ſimus delictorum prohibitione contenti, verum etiam penam delinquentibus inponamus. Hinc eſt, quod nos de conſenſu prepoſiti, prioris, tociusque Capituli et aliorum eccleſie noſtre prelatorum, ſtatuimus inviolabiliter obſeruandum, ut vniuerſi ſpoliatores, Incendiarii, venditores, emptores uel detentores rerum et bonorum eccleſie noſtre uel capituli excommunicationis ſententiam incurrere debeant ipſo facto. In locis vero, in quibus predicti ſpoliatores, Incendarii, venditores, emptores uel receptores domicilium habuerint uel moram traxerint, quam diu ibi fuerint et poſt receſſum eorum per vnum diem proximum continuum, nullo mandato exſpectato, ceſſetur a diuinis. Inſuper ſtatuimus, ut ſupradictis ſpoliatoribus, incendiariis, venditoribus, emptoribus uel detentoribus quamuis Juxta formam eccleſie fuerint abſoluti, in extremis eccleſiaſtica denegetur ſepultura, donec a nobis fuerit ſpecialiter impetrata, Aliis ſiquidem ſtatutis a predeceſſoribus noſtris editis in ſuo robore duraturis. Datum et actum Anno Domini M°. CCC°. XXVII°. in craſtino vndecim milium virginum.

III. Biſchof Burchard beſtimmt diejenigen Feſte, welche öffentlich zu feiern, im Jahre 1345.

Borchardus dei gratia hauelbergenſis eccleſie epiſcopus dominis prepoſitis noſtre dioceſis In domino ſalutem. Ne in diebus feſtiuis, qui debeant celebrari ex precepto uel non, deinceps error fiat vobis, diſcretioni veſtrorum tranſmittimus Mandatum, vt id clero veſtrarum prepoſiturarum publicetis, cui etiam mandantes, vt id ſuo populo precipiant obſeruare. Hec feſta ſunt tantum modo ſollemniter celebranda: Natalis domini, Stephani, Johannis Evangeliſte, Innocentii, Circumciſionis, Epiphanie domini, purificationis marie, Mathie, Annunciationis, Reſurrexionis domini cum — quarta feria, Philippi et Jacobi, Inuentionis ſancte Crucis, Aſcenſionis domini, Penthecoſtes cum III diebus ſequentibus, Coron. chriſti, Johannis baptiſte, Petri et Pauli apoſtolorum, Marie magdalene, Jacobi, Lau-

Digitized by Google

rentii, Aſſumptionis marie, Bartholomei, Natiuitatis marie, Mathei, Michaelis, Symonis et Jude, Omnium ſanctorum, Martini, Katherine virginis, Andree, Nicolai, Thome, dedicationis cuiuslibet eccleſie et patroni et omnes dies dominici per annum venientes. Sed feſtorum infra memoratorum tantummodo memoria ſine ſollemnitate in diuinis officiis peragatur: Conuerſionis Pauli, kathedra petri, Conſtancii, Gregorii, Ambroſii, Marci, diuiſionis apoſtolorum, ad vincula Petri, Auguſtini, decollationis Johannis, Exaltationis ſancte Crucis, Mauricii, Jeronimi, Vndecim millium virginum. Datum anno M. CCCXL quinto, In die beatorum Mauricii et ſociorum ejus.

IV. Verordnung des Biſchofes Burchard von Havelberg, wie es mit dem Aufgebot, der Copulation, den verbotenen Zeiten, dem Wechſeln des Opfergeldes und mit der Excommunication von Kirchenbeſchädigern zu halten, vom Jahre 1342.

Borchardus dei gratia Hauelbergenſis eccleſie Epiſcopus honorabilibus viris dominis prepoſitis noſtre dioeceſis In domino ſalutem. Cum ex eo, quod ſollemnitates canonice in contrahendis matrimoniis et nuptiis celebrandis omittantur, diuorcia et alia pericula oriuntur; Quare diſcretioni veſtre damus firmiter in mandatis, quatenus mandatum noſtrum preſens clero veſtro publicetis obſeruandum ſub pena ſynodali, quam exigemus in viſitatione a quolibet ipſius mandati transgreſſore. Volumus et mandamus, ut proclamationes fiant publice in eccleſiis veſtris ante matrimonium, ut infra certum, ſi aliquis velit opponere, veniat et opponat. Item quod copulationes non fiant in domibus, ſed in Cimiteriis et foribus eccleſie coram plebe. Item quod non celebrentur nupcie tempore interdicto, ſcilicet a ſeptuageſima uſque ad octauam paſche, et a diebus rogacionum uſque poſt dominicam trinitatis, Et ab aduentu domini vſque ad octauas epiphanie. Item mutationes denariorum offerendorum non fiant in eccleſiis, ſed extra eas. Item Inuaſores eccleſiarum, cimiteriorum, dotum et monaſteriorum ſingulis diebus et vſurarii publice de ambone coram plebe denuncientur excommunicati. Datum anno Domini M°. CCC°. XLII°. In die Sancti Sebaſtiani Martiris.

V. Biſchof Burchards Synodal-Statut wegen weltlichen unanſtändigen Lebens der Geiſtlichen und deren Abweſenheit von ihren Aemtern, vom Jahre 1360 (?).

Borchardus dei gratia hauelbergenſis eccleſie Epiſcopus Vniuerſis et ſingulis prepoſitis, Rectoribus eccleſiarum, altariſtis et generaliter clericis eccleſiaſtica, beneficia optinentibus, per noſtram dioeceſin conſtitutis, Sinceram in domino caritatem. Quia nonnulli clerici et eccleſiaſtice perſone, beneficia eccleſiaſtica in noſtra dioeceſi optinentes, ab eccleſiis, quibus intitulati ſunt ſeu in quibus nunc horas pſallere nunc legere ac deo iubentur reddere ſue penſum ſeruitutis, tempore diuinorum, contra ſacrorum canonum et noſtrorum predeceſſorum ſtatuta, choreis, tabernis, ſcurrilitatibus et negotiis ſeculariboſ magis, quam diuino cultui inſiſtendo, in graue ſue honeſtatis ſuarum quoque animarum periculum et in ſcandalum plurimorum, ſe ſubtrahere et abſentare non verentur, Nos igitur volentes honeſtati clericali et animarum ſaluti conſulere dictumque abuſum de noſtra dioeceſi penitus exſtirpare, Ad ampliandum diuinum cultum, prehabita ſuper hoc cum quibusdam prelatis et clericis no-

Digitized by Google

ſtre dioeceſis deliberatione diligenti, Statuimus et irrefragabiliter ordinamus, Necnon ſub pena ſuſpenſionis ab officio, vnius tamen menſis ſpatio pro terna et canonica monitione premiſſa, quam in quemlibet noſtri decreti in his ſcriptis ſerimus contemptorem, diſtrictiſſime inhibemus, ne aliqui facerdotes uel clerici beneficiati in diebus omnium et ſingularum feſtiuitatum infra ſcriptarum, videlicet In feſto Natiuitatis chriſti, beati Stephani, Johannis Ewangeliſte, Circumciſionis domini, Epiphanie domini et omnium feſtiuitatum glorioſe virginis Marie, In die palmarum, bona quinta feria et ſexta feria, In vigiliis et in die paſche cum tribus ſequentibus et in omnibus letaniis aſcenſionis domini, In vigilia et in die pentheoſtes cum duobus ſequentibus, Johannis baptiſte, petri et pauli, laurentii martiris et in omnibus feſtiuitatibus omnium apoſtolorum, Marie magdalene, Michaelis archangeli, omnium ſanctorum et omnium animarum, Martini, Nicolai confeſſoris, ſe de cetero audeant abſentare, Sed omnes et ſinguli clerici et perſone ſupradicte per ſe ipſos ſi preſentes exſtiterint uel per ſuos vicarios uel capellanos, ſi de noſtra licentia ſint abſentes, In veſperis, matutinis, proceſſionibus et miſſis omnium feſtiuitatum predictarum, In vigiliis, in die animarum, vnacum plebano aut vices ipſius gerente, ſupelliciis indutis, ipſi plebano uel vicario ejus reverenter aſtare et dictis horis ſollemniter cantando et domino pſallendo intereſſe teneantur. Ne autem pretextu ignorantie ab obſeruantia huius ſtatuti ſe quisquam valeat excuſare, vobis dominis prepoſitis in virtute ſancte obedientie damus in mandatis continuis, hujusmodi ſtatutum clericis vobis ſubiectis publicetis et inter alia ſtatuta ſynodalia ſub pena ſynodali conſcribi faciatis, Transgreſſores huius Statuti et aliorum ſtatutorum ſynodalium ſub debito obedientie literis veſtris fideliter nobis referendo. Datum wiſtogk anno Domini M°. CCC°. IX°. feria quarta proxima poſt feſtum beati Nicolai Epiſcopi noſtro ſub Sigillo.

Nach dem Havelbergſchen Copialbuche der von der Hagenſchen Bibliothek in Hohennauen mit der Jahreszahl des Textes, in dem Havelberger Brevier mit der Jahreszahl 1390. Da beide Jahreszahlen offenbar falſch ſind, ſo gehört das Statut vielleicht in das Jahr 1360, indem die Zahl LX. in IX. verſchrieben iſt.

VI. Notiz über andere Statute eines Biſchofes Burchard, nach dem Havelberger Brevir.

Primo ſunt ibi ſtatuta domini Borchardi quondam Epiſcopi Hauelbergenſis. Ibi inter cetera ipſe primo per modum Epilogi ſub breuitate recolligit ſtatuta prouincialia, deinde ſpecialiter prouidet contra curatos et non curatos abſentantes ſe a ſuis beneficiis et officia debita non exercentes et mandat eis ſub pena excommunicationis late ſententie, vt infra menſem reſideant. Deinde contra habentes plura beneficia etiam ſpecialiter inuehitur comminando priuacione, niſi infra menſem oſtendant diſpenſacionem cum eis factam. Deinde etiam ſtatuit de locantibus et conducentibus beneficia Et vult ibi, quod quilibet locans recipiat tertiam partem a conductore ſecundum formam Regiſtri vſualis, alioquin tam locans quam conducens ſententiam excommunicacionis ipſo facto incurrit, ſi locans excedit illam quantitatem. Idem eciam ſub eiſdem penis ſtatuit, quod nullus debet officiare, niſi habeat ab Epiſcopo acceſſum altaris et ſit approbatus.

Digitized by Google

VII. Bischof Dietrichs Synodalstatut über das Erscheinen mit Larven in den Kirchen, Gefolge von Jungfrauen für den Geistlichen, die Feier der Communion und die Bestrafung von Eyen unter nahen Verwandten, vom Jahre 1375.

Tidericus dei gratia Hauelbergenſis eccleſie Epiſcopus Vniuerſis et ſingulis prepoſitis eccleſiarum Rectoribus altariſtis clericis et eorum vices gerentibus, per Ciuitatem et dioeceſin hauelbergenſem vbilibet conſtitutis, In domino ſalutem et ſtatuta noſtra firmiter obſeruare. Quamvis decorem domus dei qua decet ſollicitudine augeri oporteat et non minui, Quidam tamen apoſtolice conſtitutionis dampnabiles transgreſſores aliquando laruati in eccleſiis et miserabiliter ac inhumaniter deformati incedunt, Quandoque vero alia ludibria decori eccleſiaſtico incongrua committunt, verum etiam experti ſumus, ne dum diuina officia inpediri, verum etiam tumultibus populi, necnon litigiis et ſedicionibus inde ſubortis eccleſias et earum Cimiteria plerumque contingit violari. Qua propter huiusmodi ludibria maxime laruarum et deformitatum ſub excommunicationis pena de cetero in eccleſiis fieri omnino et ſtrictius prohibemus, Necnon in eccleſiis per earum rectores publice prohiberi ſub eadem pena volumus et mandamus.

Inſuper quamquam presbiteris pompoſos eſſe non deceat aut curiales, quidam tamen abuſionis viam incedentes, tales eſſe non verentur, mulieres et puellas in pomparum et curialitatum ſuarum locis ac temporibus, Et quod indecentius reputamus, In eccleſiis diuinorum temporibus ducere non formidant, nunc eas adoleſcentularum more procedendo, nunc ad inſtar pediſſequarum ſequendo, nunc ad earum latus eundo, nunc ante, nunc retro manibus contrectando, nunc ſcapulas ſuſtentando, nunc eas, nunc earum veſtimenta levando et portando. Quam pompam abuſiuam ac curialitatem incuriam, niſi ipſa ducenda vxor aut filia principis, Comitis aut alterius Illuſtris domini fuerit, Sub excommunicationis nichilominus ex ſtatuto ſynodali duarum marcarum argenti pena deinceps fieri preſentibus arcius prohibemus, adicientes, Ne quis preſbiterorum accipitrem, falconem, uiſum aut hujusmodi aves in eccleſiis precipue diuinorum temporibus audeat baiulare pena ſynodali ſub predicta. Ceterum laudabilem aliorum epiſcoporum vicinorum adinuentionem ſectari cupientes, ſtatuendo mandamus, ut de cetero poſt quarumlibet miſſarum celebrationes finita oratione Celebrantes pla. ter ſ. trinitas etc. in honore beatiſſime virginis et matris Marie flexis genibus decantent aut legant Recordare virgo et deinde ſtando vero In omni tribulatione etc. cum collecta Concede nos famulos et ſubnectentes, vt dominus noſter ihesus criſtus ejusdem ſanctiſſime genitricis ſue interuentu ac fidelium deuotione placatus, ſuam a nobis auertat indignationem nosque ab omnibus cordis et anime periculis tueatur. Nos quoque omnibus hujusmodi celebrantibus, cantantibus et legentibus, necnon cum deuota genu flexione audientibus, XL dies de Iniunctis eis penitentiis, dummodo confeſſi et contriti fuerint, in domino de ipſius miſericordia confiſi relaxamus, ad premiſſas deuotam audicionem et genu flexionem criſti fideles piis hortationibus preſbiterorum, maxime Rectorum eccleſiarum, congruis locis et temporibus frequentius inducantur. Item feſtum Conceptionis beate marie virginis, non ex ſtatuto papali, ſed quadam pia deuotione et ſpirituali, ſexto Idus decembris ſollemniſetur cum officio, quod in ejus natiuitate dici conſueuit nomine natiuitatis in nomen conceptionis prout congruit commutato, Niſi ſpecialis hiſtoria de eodem feſto habeatur. Item criſti fideles per presbiteros, maxime eccleſiarum rectores, ad obſeruationem ieiuniorum et peccatorum confeſſionem in aduentu domini, Necnon ad ſacram in feſto natiuitatis criſti communionem, piis hortationibus, non tamen preceptis, ſalubriter inducantur. Preterea ſtatuimus et firmiter mandamus, vt etiam eccleſiarum Cuſtodes in diuinis officiis ſaltem in verbis matris et miſſis ſupplicati miniſtrent. Firmiter etiam precipimus et mandamus, ut eccleſiarum Rectores et vice rectores eos,

Digitized by Google

qui diuino timore poſtpoſito in ſuarum periculum animarum ſcienter in gradibus conſanguinitatis conſtitutione canonica Interdictis, matrimonia contraxerint aut contrahunt, ſingulis diebus dominicis in eccleſiis ſuis locis et temporibus congruis ex communicatos denuncient et a chriſti fidelibus arcius euitandos, donec ſuum errorem humiliter cognoſcentes ab invicem ſeparentur et abſolutionis beneficium optinere mereantur. Statuta ſunt hec et promulgata In eccleſia parrochiali wiſtok In ſynodo Sub anno domini M°. CCC°. LXXV°. die beati luce Ewangeliſte.'

Nach dem alten Havelbergſchen Copialbuche der von der Hagenſchen Bibliothek in Hohennauen. In das Breviarium iſt dieſe Urkunde nur bis zu dem Abſatze aufgenommen und vom Jahre 1374 datirt.

VIII. Johann Biſchof von Havelberg befiehlt ſeinem Sprengel zur Abwendung vielfachen Unheils, welches ſeine Diöceſe betroffen, das Feſt der Heimſuchung Mariens ſtrenger zu feiern, im Jahre 1390.

In nomine domini Amen. Nos Johannes dei gratia Havelbergenſis eccleſie epiſcopus vniuerſis et ſingulis prelatis etc. per noſtram dyocefin vbilibet conſtitutis ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam veſtra prout nouit caritas, quomodo nos in hac valle miſerie multipliciter errantes, gementes et degentes indignationem omnipotentis dei noſtris peccatis exigentibus cottidie meremur, Vnde flagella ſue iracundie ac diuine iuſticie, nos miſericorditer admonencia et pie corripiencia, iugiter experimur: nam peſtilenciis vere continuis, gwerris et rapinis ac aliis multifariis malignorum inſulibus vndique conturbamur. Immo, quod magis dolentes referimus, Sancti petri nauicula, ipſa ſcilicet ſanctiſſima romana ac vniuerſalis dei eccleſia, talibus et tantis tam periculoſis ac diuturnis ſciſmatum ac errorum jam quaſſatur fluctibus, qualibus et quantis vix legitur a cunctis retroactis ſeculis fuiſſe agita. Et quamdiu tam tremenda dei noſtri indignatio piis precibus non fuerit mitigata ac ipſius iuſticia in miſericordiam commutata et ſic nobis fuerit peccatorum venia impetrata, dicta flagella tam dire nos caſtigancia creduntur vereſimiliter non auferri nec minui, sed potius augeri ac perpetua mala poſt hec comitari. Sed quia nos peccatorum mole grauati ipſorumque nexibus crudeliter ligati nec ceruices noſtras erigere, nec deum noſtrum valemus ſupplicíter adorare, noſtra etiam labia, labe criminum defedata, orationem mundam ac deo placabilem nequeunt effundere eo, quod in conſpectu altiſſimi laus peccatorum nequaquam ſpecioſa reputatur. Propter que, etſi electos dei et ſanctos in celeſtibus deuotis precordiis ac continuis laudum ſollempniis cogimur acclamare, quatinus ſuis meritis et piis interuentionibus noſtram miſeriam et in tantis periculis anguſtiam dignentur ſubleuare, Potiſſimum tamen ipſam peccatorum omnium conſolatricem, angelorum imperatricem, celorum reginam ac tocius mundi dominam, caſtitatis ſpeculum ac humilitatis exemplum, virginem uoto dulciſſimam, matrem dei mariam, omni laude digniſſimam, quam ad plenum laudare non ſufficit vis humana, eo quod ſplendor eterni luminis ac decor paterne glorie ipſam deifice illuſtrauit et quam mirifice obumbrauit, vt mater dei efficeretur et virgo in ewm (aevum) permanens tanta clarefceret ſanctitate, qua maior ſub deo nequit intelligi neque poteſt comprehendi. Quoniam tamen innumeras pati volnit moleſtias diucius in hac vita, quatinus noſtris calamitatibus et perturbationibus, vt pia mater aſſolet, cicius compateretur, hanc etiam ſuper omnes creaturas exaltatam coronaque glorie decoratam a dextris ſuis ſedere conſtituit in excelſis, vt in conſpectu ſummi principis ac celeſtis iudicis advocata miſerorum prompcior haberetur, que eciam innixa

Digitized by Google

ſuper ſuum dilectiſſimum quidque poſtulat impetrabit. Condecens igitur et expediens atque iuſte, dignum nobiſque ſalutare fore arbitramur, vt ipſam frequentiſſimis laudum preconiis attollamus, facta quoque notabiliora eius atque dicta, que in hac vita miſera edidiſſe perhibetur, ad memoriam reuocantes cum ymnis et canticis feſtiue peragamus. Factum eſt ergo inter cetera, prout ewangelica edocent eloquia, quod poſtquam virgo venuſtiſſima dei mater maria angelo nunciante et ſpiritu ſancto obumbrante ſuis caſtiſſimis deum concepit viſceribus, montana feſtinanter aſcendit, Elizabet viſitauit, viſitatam ſalutauit etc. (nach Cap. I. Vers 39 bis 56 des Evangeliums Lucä). — Vnde et nos dictarum laudum et exultacionum memoriam agere glorioſiſſimeque virginis prophetiam de ſue humilitatis celebritate, qvantum in nobis eſt, adimplere cupientes, Ad hoc eciam per reuerendiſſimum in Chriſto patrem ac dominum, dominum noſtrum Albertum, ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopum, inſtanter requiſiti, honorabiliumque virorum Gherardi prepoſiti, Conradi prioris tociusque noſtri capituli conſenſu accedente, Eciam cum pericioribus noſtri conſilii matura prehabita deliberatione et tractatu, feſtum humilitatis glorioſiſſime virginis Marie ſeu humiliime viſitationis, qua Elizabeth viſitauit, a cunctis noſtre dyoceſis fidelibus cum ymnis et organis et mentis iubilationibus, prout alia feſta eiuſdem virginis in eccleſia dei peraguntur, inſtituimus ſollempniter celebrandum. Vobis igitur omnibus et ſingulis, tamquam eiuſdem virginis deuotis zelatoribus, precipiendo mandamus atque in remiſſionem peccatorum veſtrorum iniungimus, Quatinus ipſum feſtum prenarratum hoc anno duntaxat die immediate ſequente feſtum S. Johannis ante portam latinam, deinceps autem perpetuis temporibus ſingulis annis ipſo die S. Vitalis martiris cum commemoratione eiuſdem ſancti ſollempniter, prout dictum eſt, peragatis populumque vobis commiſſum et noſtrum clerum vniuerſum monitis veſtris ſalubribus et doctrinis ad idem faciendum inducatis, vt ſic tam benedicte viſitacionis memoriam recolentes ab eadem dulciſſima virgine glorioſiſſima dei matre nunc in huius mundi naufragiis et demum in mortis noſtre auguſtiis pie viſitemur, viſitati conſolemur et conſolati letificemur vel exultantibus animis poſt hanc vitam ſecum in celeſtibus habitemus. Nos itaque vniuerſos Chriſti fideles tante virgini deuotos ad eiuſdem feſtum iam inſtitutum deuocius celebrandum donis ſpiritualibus volentes animare, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui matutinali officio in eccleſia, qua ipſum feſtum celebrabitur, interfuerint, quadraginta, qui vero miſſe totidem, qui in primis ipſius feſti veſperis interfuerint, ſimiliter quadraginta, qui vero ſecundis totidem, Illis vero, qui prime, tercie, ſexte, none et completorii officiis interfuerint, pro qualibet horarum ipſarum dies viginti, de omnipotentis dei miſericordia et eiuſdem glorioſiſſime matris meritis et intercceſſione et beatorum apoſtolorum eius petri et pauli auctoritate confiſi, ſibi de iniunctis penitenciis relaxamus. Hyſtoriam eciam de hoc feſto ſpecialiter compilatam in eccleſia noſtra Hauelbergenſi ordinauimus decantari. Vos autem qui hanc hyſtoriam nondum habetis, nec propter arduitatem comparare poteritis, iſto anno peragetis in hunc modum etc. — (Vergl. im Havelbergſchen Brevir, Bogen kk. die hiſtoria de compaſſione beate virginis). Actum et datum in caſtro noſtro Wyſtock anno Domini M. CCC. nonageſimo, XXIIII. die mentis Marcii, noſtro ſub auctentico ſigillo appendente.

Nach dem Original des Kloſters Broda im Großh. Mecklenb. Strelitzſchen Geh. Archive aus einer vom Prediger Sponholz zu Rülow mitgetheilten Abſchrift.

Digitized by Google

IX. Des Bischofs Conrad von Havelberg Kirchen-Ordnung für seine Diöcese, im Anfange seiner bischöflichen Regierung erlassen (1427).

Conradus dei gratia hauelbergenſis ecclefie Epiſcopus vniuerſis et ſingulis prelatis, Cappellanis, eccleſiarum parrochialium Rectoribus ſeu eorum loca tenentibus, Altariſtis ac clericis, tam Religioſis quam ſecularibus, per Ciuitatem et dioeceſin noſtram hanelbergenſem vbilibet conſtitutis, Salutem in domino ſempiternam. Rex magnificus, qui facit mirabilia magna, ſolus ex alto nos proſpiciens atque finum ſue pietatis aperiens eccleſie hauelbergenſis prefecit Et ſuper ſolium paſtoralis dignitatis licet inmeritos ſua tamen ac ſancte ſedis apoſtolice gratia ſublimauit. Id circo ex iniuncti nobis officii debito ſubditorum vtilitati prouidere cupientes, Sententias aliquorum Canonum, quas pro morum correctione et cleri noſtri reformatione volumus pro ſtatutis Synodalibus de cetero haberi et teneri et obſeruari, de conſenſu prelatorum noſtrorum plano et breui ſtilo, ut facilius poſſent memorie commendari, in vnum duximus redigenda. Et ut ipſa ſtatuta ad ſingulorum veniant noticiam clariorem, Omnibus et ſingulis ſupradictis In virtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo Mandamus, qnatinus ipſa mox ſcribant aut ſcribi procurent, Et ſinguli eccleſiarum parrochialium rectores ſeu vicerectores copias Ipſorum ſtatutorum comparant. Nam lapſis tribus menſibus nemo per ignorantiam eorundem ſe poterit tueri, Aliis ſiquidem ſtatutis a predeceſſoribus noſtris editis in ſuo robore duraturis *).

Tit. I. De vita et honeſtate clericorum.

Dolenter referimus, quod multorum eſt adeo vita reprehenſibilis clericorum, ut ipſi per exempli perniciem mores non inſtruunt ſed deſtruunt potius laicorum. Quapropter vniuerſi clerici mores et vitam reforment in melius, Et ea, que ad ipſorum ſtatum et honeſtatem pertinent, cum magna cautela cuſtodiant, Nec ſolum a malo ſed ab omni ſpecie mali ſe prudenter ſtudeant cohibere, Continenter et caſte viuant, A crapula et ebrietate abſtineant, que ſunt libidinis incentiua, Tabernas non viſitent, arma non portent, niſi propter neceſſitatem et pericula viarum in itinere conſtituti, Officia et commercia ſecularia prorſus euitent. Decet etiam ut clerici coronam ſeu clericalem tonſuram patentibus auribus cum habitu deferant clericali. Et quicumque clericus virgata uel partita veſte vteretur, nec cauſa rationabilis ſubeſſet, Aut veſte habente foderaturam protendentem vltra aram ant quadrifaris vſque ad vates aut cingulum inciſa, Si beneficiatus exſtiterit per ſex menſes a perceptione fructuum beneficiorum que optinet, ipſo facto ſit ſuſpenſus. Si vero beneficiatus non fuerit, In ſacris tantum ordinibus infra ſacerdotium conſtitutus, per idem tempus redditur eo ipſo inhabilis ad beneficium eccleſiaſticum optinendum. Et idem de aliis clericis, qui nec beneficiati ſunt, Nec in ſacris veſtem talem et tonſuram publice deferentibus clericalem, dignitatem vero uel perſonatum ſeu beneficium aliud optinentibus, cui cura imminet animarum, Necnon ceteris in ſacerdotio conſtitutis, quos oportet per decentiam habitus extrinſici Intrinſicam morum honeſtatem oſtendere. Si preterquam ex cauſa rationabili publice veſtem ferant hujusmodi Sint eo ipſo beneficiati a perceptione fructuum beneficiorum, que optinent, ſuſpenſi per annum, Ceteri vero ſacerdotes non beneficiati per idem tempus annuale redduntur inhabiles ad quecumque beneficia eccleſiaſtica optinenda. Clerici inſuper maxime beneficiati caligis ſcacatis rubeis aut viridibus nec pilleis de filtro aut capuciis, quorum cuculle cum Zona ſericia uel corrigia applicantur, In amplitudine cubitum extendentes, vti non debent, Alioquin ſint eo ipſo omni priuilegio clericali priuati, alearum et taxillorum ludos fugiant, Corearum, torueamentorum et haſtiludiorum et aliis publicis ſpecta-

*) Fehlt im Brevir.

Digitized by Google

culis non interſint Clauſuram monaſteriorum monialium abſque cauſa rationabili et manifeſta et ſine ſuperioris licentia ingredi non preſumant.

Tit. II. De cohabitatione clericorum et mulierum.

Cum crimen fornicationis inter cetera crimina ſit deteſtabilius clericis, utpote qui inter ceteras virtutes principaliter carnis continenciam profitentur, Multi tamen clerici, ſue ſalutis et profeſſionis immemores, non ſolum temptacionibus victi deſideria carnis perficiunt, ſed etiam temptacioni preueniunt, dum ne fruſtra temptentur, In domibus propriis uel vicinis paratas ad malum fornicarias nutriunt mulieres. Ne igitur crimen ipſum videamur per tollerantiam approbare, Omnibus et ſingulis clericis noſtre dioeceſis In virtute ſancte obedientie et ſub obteſtatione diuini judicii et Interminatione maledictionis eterne diſtricte precipiendo mandamus, Ne de cetero in domibus ſuis ſuſpectas mulieres uel extra domos in ſua procuratione detineant concubinas, Sed eas a ſuis cohabitationibus infra decem et octo dies, quorum dierum ſex pro primo, ſex pro ſecundo, Reliquos vero dies ſex pro tercio et peremptorio termino ac monitione canonica, ipſis et ipſorum cuilibet prefigimus et aſſignamus, Repellant et ammoneant Nec eas quouismodo reaſſumere preſumant, Aut extra domos foueant ſeu nutriant. Alioquin dicto termino ac monitione canonica premiſſa contra beneficiatos ad ſuſpenſionem reddituum et prouentuum Et tandem ipſorum inobedientia creſcente ad priuationem beneficiorum, Contra non beneficiatos ab executione ordinum Et demum exigente eorum rebellione ſeu malicia ad inhabilitatem beneficiorum optinendorum, per debita temporum interualla, Juxta ſacrorum Canonum ſanxiones, iuſticia mediante procedemus.

Tit. III. De ebrietate.

Inſuper cum ebrietas ſit fomes et nutrix omnium viciorum ac mentis inducat exilium et libidinis prouocat incentiuum, vt proch dolor cottidiana experientia docet, quantis enormitatibus in gurgitando Et quidem verendum eſt euomendo quidam clerici inſudant, qui ſtudent exhaurire vitra ſecundiora, Et de tanto quis commendabilior inter potatores, quanto ſe fuumque conuiuam ingurgitare poterit et inebriare, reputatur. Vt autem huic morbo peſtifero et deteſtabili formidine pene falubriter obuietur, Vniuerſis clericis tam Religioſis quam ſecularibus, cujuscumque ordinis condicionis ſiue ſtatus exiſtant, per noſtram dioeceſin hanelbergenſem vbilibet conſtitutis, Sub iuramento in receptione ſacerdotii preſtito Et ſub interminatione diuini Judicii diſtricte precipiendo Mandamus, Ne quis de cetero hauſtus equales in toto uel in parte ebibat uel exhauriat, Aut alium directe uel indirecte quouis queſito colore verborum aut ſignorum incitet, alliceat ſeu compellat ad premiſſa. Alioquin ſi presbiter beneficiatus ſeu non beneficiatus aut in ſacris conſtitutus In quatuor libris, Clericus uero in minoribus ordinibus conſtitutus in duabus libris cere, ſi in premiſſis culpabiles reperti fuerint, per noſtrum Officialem pro qualibet vice puniantur.

Tit. IV. De Cappellanis nobilium.

Item Statuimus vt nulli clerici nobilium Cappellani In cappellis dominorum ſuorum celebrare preſumant ſeu eccleſiaſtica ſacramenta conferre, niſi obedientiam nobis faciant manualem, commiſſionem plebis acceſſumque altaris inpetrando. Quod ſi ante obedientiam preſtitam Cappellas tales officiare preſumpſerint, per vicinorum plebanos excommunicati denuncientur, quouſque fatisfaciant et obediant.

Digitized by Google

Tit. V. De ſpoliis.

Inſuper ſub excommunicationis pena diſtricte precipiendo mandamus, ut quum preda uel ſpolium ſpiritualium perſonarum ad aliquam Ciuitatem, opidum, villam ſiue caſtrum adduci contingat, Sacerdotes ſiue Cappellani ciuitatum, opidorum, villarum ſiue caſtrorum, poſtquam ad ipſorum peruenerit noticiam, non exſpectato mandato ceſſent à diuinis, Juxta tenorem ſtatuti domini Theoderici quondam eccleſie hanelbergenſis Epiſcopi, Quod incipit: Exigit peruerſorum audacia etc. Quod inquam ſtatutum extendimus et extendi volumus non duntaxat ad bona noſtra menſalia aut noſtre hanelbergenſis eccleſie, Sed etiam ad quecumque bona monaſteriorum et alia bona ſpiritualia quecunque.

Tit. VI. De Raptoribus.

Item mandamus vniuerſis plebanis ſeu eorum loca tenentibus ac clericis cuiuscumque ſtatus In virtute ſancte obedientie et ſub excommunicationis pena, ne aliquem raptorem proſcriptum, bannitum, profugum uel incendiarium aut eorum rapinas in domibus ſuis recolligant et conferuent aut ipſis extra domos ſuas expenſas aut alimenta miniſtrent, ſeu ipſorum literas ſeu legationes perferant, quibus plerumque hujusmodi peſtiferum genus hominum per comminationes de occidendis perſonis uel eorum bonis cremandis aliquid extorquere conatur.

Tit. VII. De fortilegio.

Inſuper Cum Epiſcopi eorumque miniſtri totis viribus elaborare debeant, ut pernicioſam et a zabulo inuentam ſortilegam et magicam artem ex parrochiis ſuis penitus exſtirpent, Statuimus et mandamus, vt eccleſiarum parrochialium Rectores plebes ſuas frequenter informent, ut ſciant ſortilegas magicas artes et Incantaciones ſub prolatione quorumque verborum uel ſcripturarum ſeu karacterum, quibuslibet infirmitatibus hominum ſeu animalium nihil poſſe conferre remedii, Et eis ſub excommunicationis pena precipiant, vt a ſortilegiis et ſuperſticionibus quibuscunque abſtineant, Nec ſortilegos conſulant uel ad domos ſuas recipiant, Sed quod plebano tales denunciant, vt turpiter dehoneſtati ejiciantur de plebibus, Ne per eos ſimplicium conſcientie polluantur.

Tit. VIII. De vſuris.

Quamuis Jam dudum grauis ac deteſtabilis morbus ſeu abuſus In ciuitate et dioceſi hanelbergenſi irrepſerit, videlicet quod nonnulli homines vtriusque ſexus, chriſtiane religionis immemores, aliis negotiis pretermiſſis, quaſi licite vſuras excercent, mutuando judeis et chriſtianis, ſeu exponendo certam pecunie quantitatem vltra recipiendo quintam uel ſextam partem Aut de decem marcis vnam et Interdum plus uel minus, Alii vero rem, que pondere uel menſura determinatur, ſub pacto uel ea ſpe mutuant, ut aliquod emolumentum temporale ultra ſortem recipiant quantumcunque ſit parum ſiue ſit fructus ſeu prouentus rei mutuate, quod tamen in ſortem non computant, Ceteri rem, que venditionis tempore communi eſtimatione minus valet, lucri cauſa carius vendere ſolutionem precii differentes non verentur. Cupientes conſcientia nos vrgente talem morbum, qui animas deuorat et facultates exhaurit, ea qua poſſumus induſtria coarctare, omnibus et ſingulis eccleſiarum parrochialium Rectoribus In virtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo mandamus, quatinus vniuerſos et ſingulos homines vtriusque ſexus mares et feminas, prout ipſis ſubſunt, Qui contra ſacrorum Canonum ſanxiones vſuras receperunt, Aut contractus premiſſos ſiue alios in fraudem vſure celebrarunt, In foro anime ad reſtitucionem inducant efficaciter Si ſuarum animarum dampnationem cupiunt euitare.

Digitized by Google

Insuper considerantes qualiter vsurarum vorago tam noui quam veteris testamenti pagina condempnatur Statuimus, ut ecclesiarum parrochialium rectores vsurarios publicos uel priuatos moneant seu moneri faciant quatuor vicibus in anno Infra missarum sollempnia, Ne publice uel occulte contractus supradictos aut alias emptiones vendiciones aut mutui ad palliandam vsurariam prauitatem de cetero excercere presumant, sed omnino desistant. Alioquin ab ingressu ecclesie et communione corporis christi ac sepultura ecclesiastica Juxta statuta canonica reddantur alieni et penitus sint priuati.

Tit. IX. De clausuris monialium.

Vt multa scandala, que sepe contingunt ex eo, quod constitutio Bonifacii octaui super clausuris monialium edita non seruatur, penitus euitentur, vt ex decreto sacri Basiliensis Concilii recepimus, districte precipiendo sub excommunicationis pena mandamus, quatenus dicta constitucio Juxta ipsius tenorem de verbo ad verbum a prepositis, Abbatissis, prioribus et conuentualibus monasteriorum monialium ordinum quorumcumque nostre dioecesis inviolabiliter de cetero seruetur Cujus tenor sequitur in hec verba.

Periculoso et detestabili quorundam monialium statuique honestatis laxatis habenis et monachali modestia sexusque verecundia impudenter abiectis extra sua monasteria non nunequam per habitacula secularium personarum discurrunt Et frequenter infra eadem monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem voluntate spontanea dououerunt, grauem offensam, Religionis obprobrium et scandalum plurimorum, prouidere salubriter cupientes, presenti constitutione perpetuo irrefragabiliter valitura sanximus, vniuersas et singulas moniales presentes atque futuras, cujuscunque sint Religionis uel ordinis, in quibusuis mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis de cetero permanere clausura, Ita quod nulle earum que religionem tacite uel expresse professa sit uel esse valeat, quacunque ratione uel causa, Nisi forte tali et tanto morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis absque graui periculo seu scandalo commorari, Monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas, Nullique aliquatenus inhoneste persone, nec etiam honeste nisi rationabilis et manifesta causa existat, Ac de illius ad quem pertinuerit speciali licentia, ingressus uel accessus pateat ad eadem, vt sic a publicis et mundanis conspectibus separate omnino seruire deo valeant liberius, et lasciuiendi oportunitate sublata, eidem corda sua et corpora in omni sanctimonia diligentius custodire. Sane ut hoc salubre statutum commodius valeat obseruari, discretius inhibemus, vt in monasteriis ordinum non mendicantium alique recipiantur de cetero in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis siue prouentibus absque penuria sustentari, Si secus actum fuerit irritum decernentes.

Tit. X. De die Dominica.

Cum in sacris scripturis diem dominicam constat inter summas festiuitates contineri, Quia quicquid insigne a deo est constitutum in terris, In hujusmodi diei dignitatem gestum est, In ea mundus sumpsit exordium, In ea christus natus est, Qui postquam ecclesiam sui precioli sanguinis aspersione in ara Crucis rubricauit, die dominica, qua mors interitum et vita cepit principium, surrexit a mortuis. Qua propter omnibus et singulis ecclesiarum parrochialium rectoribus seu eorum loca tenentibus per nostram dioecesin hauelbergensem vbilibet constitutis In virtute sancte obedientie et, sub excommunicationis pena, trium dierum canonica monitione premissa, districte precipiendo mandamus, quatenus parrochianis et subditis suis vtriusque sexus per tres menses continuos et immediate sequentes singulis diebus dominicis et festiuis infra missarum sollempnia publice ne aliquam ignorantiam valeant allegare, mandent seu precipiant aut mandari seu precipi faciant, Quibus et nos presentium tenore mandamus et precipi-

Digitized by Google

mus, quatenus diem dominicam de cetero ſicut majores feſtiuitates, propter honorem et gaudium reſurrectionis domini noſtri ihelu chriſti, celebrent feſtiue et ſollempniter, Sic quod nulla operatio illa ſancta die agatur, Niſi tantum in ympnis et canticis ſpiritualibus illa dies transagatur, ab omni opere illicito et ſeruili, Niſi neceſſitas vrgeat uel pietas ſuadeat, abſtineant. Inſtitores in foris aut prope eccleſias ſiue in Cimiteriis mercimouia non exponant; Nobiles, ciues, opidani, villani ſeu ruſtici equos et boues ad iuga non aptent, Nec cum eis vecturas faciant; frumenta, ligna, gramina, fena ſeu alia bona quecunque ad ciuitates, opida ſiue villas ad vendeudas non deferant; Ciues vero ſiue opidani quorumcumque opidorum ſupradicta aut alia quecunque bona non emant, Nec quascunque mercantias excerceant. Si qui vero contrarium attemptare contra noſtram prohibitionem preſumpſerint, tam Inſtitores, vectores, emptores, quam venditores, in duabus libris cere per ſuum eccleſiaſticum iudicem pro qualibet vice puniantur, Cujus cere medietas In vtilitatem fabrice parrochialis eccleſie opidi, in quo contractus hujusmodi fieri contingant, Reliqua vero medietas in vſum eccleſiaſtici Judicis effectualiter conuertantur.

Tit. XI. De baptiſmo et ejus effectu.

Quia ſacrum baptiſmi omnium aliorum eſt ianua, quo carens non eſt capax cujuscunque ſacri alterius, preſbiteri cum exacta diligentia ſtudeant prouidere, Ne in collatione ipſius tam prolatione verborum forma debita, quam inmerſione in aqua, circa que tota virtus baptiſmi verſatur, aliqua negligentia committatur. Forma autem verborum, de qua nichil poteſt obmitti, nec ei aliquid debet apponi, eſt iſta: Ego de baptizo in nomine patris et filii et ſpiritus ſancti amen. Inmerſio trina ſit; primam faciat ſtatim cum incipit formam illorum verborum proferre, vltimam in ſiniendo formam. Hanc autem formam plebani frequenter doceant parrochianos ſuos. Nam propter neceſſitatem iſtius ſacri, ſine quo nullus poteſt ſaluari, Etiam laicus quicunque etiam vir uel mulier, pater uel mater, puerum ſuum poterit baptizari, In ſuo vulgari proferens formam verborum, In mortis articulo conſtitutum. Et cum in tali neceſſitate per hujusmodi perſonas quis fuerit baptizatus, presbiter a baptizante et perſonis circumſtantibus diligenter inquirat, ſi forma debita ſit ſeruata. Quam ſi ſic ſeruatam inuenerit, quod factum eſt approbat, Supplendo circa baptizatum, quoad vnxionem olei in pectore et ſcapulis et criſmate in vertice, quod a laicis eſt obmiſſum. Si vero circa formam erratum fuerit, tunc ipſum de nouo baptizet. Quod ſi vereſimiliter dubitatur, an quis rite fuerit baptizatus, tunc baptizetur ſub hac forma: Si baptizatus es, non te baptizo, Sed ſi nondum baptizatus es, Ego te baptizo In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti Amen.

Item in ſacro baptiſmatis tantum duo patrini ad impedimenta matrimonii precauenda de cetero aſſumantur, praua conſuetudine non obſtante.

Tit. XII. De cuſtodia eukariſtie.

Statuimus vt in eccleſiis eukariſtia ac criſma et aqua baptiſmi ſub fideli cuſtodia ſeris et clauibus adhibitis conſeruentur, ne poſſit ad illa temeraria manus extendi pro nephandis aliquibus excercendis. Precipimus inſuper, ut in armario vaſa corporalia et veſtimenta miniſtrorum munda et nitida conſeruentur.

Inſuper quilibet ſacerdos plebem ſuam doceat diligenter, vt cum in celebratione miſſarum leuatur hoſtia ſalutaris, quilibet deuote flectat genua ſua uel ſaltem reuerentur ſe inclinet. Idem facient, cum eam portat preſbiter ad infirmum, Quam in decenti habitu, ſuppoſito mundo velamine, ferat manifeſte ac honorifice ante pectus cum omni reuerentia et timore, etiam tempore interdicti Semper campana et luminibus precedentibus, ut ex hoc apud homines fides et deuotio augeatur. Inſuper precipiendo Sta-

Digitized by Google

timus, vt nullus de cetero facerdos in deportatione hujus maximi et faluberrimi facramenti, quantumcunque aura mala, via lubrica uel lutofa exiſtat, in calopedibus ire preſumat.

Tit. XIII. De ſponſalibus et matrimoniis.

Si inter virum et mulierem legitimus conſenſus interueniat de preſenti, ita quod vnus alterum mutuo conſenſu verbis conſuetis expreſſe recipiat, vtroque dicente: Ego te accipiam in meam et ego te in meum uel alia verba conſenſum exprimentia de preſenti, non liceat alteri ad alia vota transire. Quod ſi fecerint ſecundum matrimonium ymmo verius adulterium de facto contractum, Etiamſi ſit carnalis copula ſubſecuta, ſeparari debent et primum in ſua firmitate manere. Verum ſi inter ipſos acceſſit tantum promiſſum de futuro matrimonio contrahendo, vtroque dicente: Ego te accipiam in meam et ego te in meum ſiue verba ſimilia, Et alter eorum, antequam carnaliter ſe cognoſcant, alium ſeu aliam per verba ſibi deſponſauerit de preſenti, dato quod prima promiſſio fuerit de futuro per interpoſitionem iuramenti firmata, ei tamen non preiudicat deſponſatio de preſenti ſecuta. Illi vero, qui primam promiſſionem per ſecundum contractum irritam fecit, eſt de violatione fidei penitentia Iniungenda. Carnalis vero copula, ſi ſequatur, promiſſionem de futuro eo ipſo matrimonium efficit, Sic quod ei in nullo preiudicat quicunque contractus matrimonialis poſt modum ſecutus. Conſtitutionem quoque generalis Concilii diſtriccius obſeruandam precipimus, vt cum matrimonia fuerint contrahenda, diebus dominicis uel feſtiuis aliis in eccleſiis, per plebanos coram plebe publice proponatur, trium tamen dierum termino ad minus prefinito, vt infra illum qui voluerint legitimum inpedimentum opponere opponant. Sed et presbiteri nichilominus inueſtigent, vtrum aliquod inpedimentum obſtat. Et ſi nec per oppoſitionem alicujus nec per inueſtigationem propriam infra eundem terminum inter volentes contrahere aliquod impedimentum inuenerint, presbiteri Ipſis factis interrogacionibus conſuetis eos non differant copulare. Si vero ex oppoſitione cujuscunque uel alias contra copulam contrahendam apparuerit probabilis coniectura, per plebanos interdicatur contractus publice et expreſſe, donec, quid fieri debeat, per nos aut noſtrum officialem, ad quorum noticiam proferant, ſufficienter ſint edocti.

Tit. XIV. De penitentiis et remiſſione.

Omnis vtriusque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnino ſolus ſua peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti Et Iniunctam ſibi penitentiam pro viribus ſtudeat adimplere, Suſcipiens reuerenter ad minus in paſcha eukariſtie ſacramentum, Niſi forte de proprii ſacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum; Alioquin et viuens ab ingreſſu eccleſie arceatur, Moriens careat chriſtiana ſepultura: vnde hoc ſalubre ſtatutum frequenter in eccleſiis publicetur, Ne quisquam ex ignorantie cecitate velamen excuſationis aſſumat. Item presbiteri circa principium Quadrageſime In ſuis predicationibus plebes follicitent, ut confeſſiones ſuorum peccatorum ad finem ipſius quadrageſime non deferant, Sed eas ſtatim faciant, Et quod iciunia et alia quecunque bona opera ad ſalutem non profunt anime in peccatis mortalibus conſtitute. Et indnti ſuppelliciis confeſſiones audiant, penitentibus, qui confitentur ſe furtis, rapinis et vſuris et aliis fraudibus facultates aliorum abſtuliſſe, ante omnia male ablatorum reſtitucionem iniungant in toto uel in parte, ut eorundem facultates ſe extendunt, Cum non dimittatur peccatum niſi reſtituatur ablatum, Caſus reſernatos ſummis pontificibus uel Epiſcopis, ad eoſdem remittant, Niſi habens hujusmodi caſus in mortis articulo ſit conſtitutus, quo ceſſante periculo ſuper criminibus pape uel epiſcopis reſernatis pro recipienda penitentia ipſorum uel penitenciarum eorundem ſe conſpectui repreſentent. Cum autem vocatur presbiter ad viſitandum infirmum, priusquam ad eum deferat corpus chriſti, Si non im-

Digitized by Google

minet mortis periculum, familialiter confeſſionem recipiat, ne per multorum, qui ob deuotionem et indulgentias comitantur ipſum preſbiterum, ſacramentum eukariſtie deferentem, impediatur deuocio confitentis.

Licet fratribus predicatoribus et minoribus ſit a jure permiſſum, vt ex eis perſone ſufficientes ydonei vite probate diſcrete atque perite per eorum ſuperiores electe et prefentate diocefanis locorum pro licentia petenda humiliter confeſſiones ſibi confiteri volentium audire et inponere penitencias ſalutares et abſolutionis beneficium impendere poſſunt; Quia tamen ut recepimus nonnulli Religioſi contemptu ejusdem Juris forma indifferenter omnes, dummodo ſint preſbiteri etiam non preſentati a nobis, confeſſiones audiunt in ſuorum et ſibi confiteri volentium animarum periculum et dampnationem, Ne per errorem hujusmodi anime ſubditorum noſtrorum periclitentur, de cetero Omnibus rectoribus parrochialium noſtre dioeceſis firmiter Inhibemus, Ne parrochiales ſuos permittant, dictis fratribus confiteri, niſi illis duntaxat, qui per patentes literas noſtras pro confeſſionibus audiendis nominatim fuerint deputati. In nullo tamen caſu circa abſolucionem majorem habent auctoritatem, quam parrochiales presbiteri, niſi ipſis vberiorem gratiam ſpecialiter duximus concedendam.

X. Kirchenordnung des Biſchofes Wedego, vom Jahre 1463.

Wedego, dei et apoſtolice ſedis gratia hauelbergenſis eccleſie Epiſcopus, vniuerſis et ſingulis prelatis, capitulis, eccleſiarum parrochialium rectoribus ſeu eorum locatenentibus altariſtis ac clericis, tam religioſis quam ſecularibus, per ciuitatem et dioceſin noſtram hauelbergenſem vbilibet conſtitutis, Salutem in domino ſempiternam. Rex magnificus, qui facit mirabilia magna, ſolus ex alto nos proſpiciens eccleſie hauelbergenſis, non noſtris meritis, ſed ſua magna miſericordia ſuper ſolium paſtoralis dignitatis, ſua ac ſancte ſedis apoſtolice gratia, ſublimauit. Id circo ex iniuncti nobis officii debito, ſubditorum noſtrorum vtilitati prouidere cupientes, ſententias aliquorum canonum, in quibus precipue morum correctionem et cleri noſtri reformationem volumus, pro ſtatutis ſynodalibus de conſenſu prelatorum noſtrorum de cetero etiam haberi et obſeruari, ac plano et breui ſtilo, vt leuius poſſent memorie commendari, in vnum duximus redigendum, Aliis ſiquidem ſtatutis, a predeceſſoribus noſtris editis, in ſuo robore duraturis, que in preſentibus ratificamus et confirmamus. Et ut noſtra et predeceſſoris noſtri domini conradi, quondam eccleſie hauelbergenſis epiſcopi, ſtatuta ad ſingulorum veniant notitiam clariorem, omnibus et ſingulis ſupradictis in virtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo mandamus, quatenus ipſa ſcribant aut ſcribi procurent, Et ſinguli eccleſiarum parrochialium Rectores ſeu vicerectores copias ipſorum ſtatutorum comparant, in armariisque ſiue veſtibulis eccleſiarum, ut per clericos inſpiciantur, et ſic caueant, ne illorum transgreſſores iudicentur, patenter pendeant: nam lapſis quatuor menſibus per ignorantiam eorundem ſe nemo poterit tueri. —

Der hiernach folgende Inhalt der Kirchenordnung ſtimmt mit der oben bereits mitgetheilten Kirchenordnung des Biſchofes Konrad faſt wörtlich überein, nur daß der Titel: De cohabitatione clericorum et mulierum ganz weggelaſſen iſt und die folgende Zuſätze gemacht ſind:

De feſtiuitatibus celebrandis.

Item clerici ſiue presbiteri, iuxta officii debitum, verbum dei ſeminare ſtudeant omniaque ſacramenta eccleſiaſtica ſymoniacam prauitatem euitando gratis curent miniſtrare. Inſuper habeant presbiteri

Digitized by Google

ſemper in promptis jncauſtum et ſigillum pro executione mandatorum facienda, ne per eos in hujusmodi neglientia committatur ſub pena vnius floreni renenſis.

Item non exequantur mandata peregrina, in quibus non conſtat de iurisdictione, ne partes inutiliter vexentur. Item legant horas canonicas interius et conſequantur XL. dierum indulgentias ad quamlibet horarum de gratia dicti domini hauelbergenſis, Quas horas omnipotenti deo, vt capiti ſint conformes, iuxta eccleſie hauelbergenſis breuarium, ſub pena excommunicationis perſoluant.

Item habeant celebrantes miſſas oculum ad canonem et ad verba confecrationis.

Item non ſiant mutationes pecuniarum in eccleſiis, quod dominus iheſus nummalaicorum menſas ſubiecit et effudit eas.

Item Rectores eccleſiarum doceant ſuos parrochianos orare orationem dominicam videlicet pater noſter cum Aue maria et cimbalo apoſtolico materna ligwa et faciant hoc in ſingulis ſuis ſermonibus et maxime diebus dominicis, aut per ſuos capellanos id fieri procurent. Hec ſeruentur ſub pena iuxta arbitrium infligenda. Item ex quo felix chriſtifera beatiſſima virgo maria ſit omni laude digniſſima, ut ipſa tamen pro ſcelerum reconciliacione ſpecialiter inuocetur et veneretur, volumus et ſtatuimus, vt ſingula miſſarum officia ſiue cantando ſiue legendo cum iſta antiphona Alma redemptoris mater ora pro nobis, beate dei genitrix etc. et collecta famulorum tuorum — delictis ignoſce inchoentur, que ante confeſſionem generalem videlicet adjutorium legatur ſiue decantetur. Et legentes et audientes a dicto domino quadragiuta dies indulgentiarum conſequantur.

Item de conſenſu venerabilium dominorum prepoſiti et cappituli eccleſie hauelbergenſis antedicte, ob ſpecialem deuocionem, feſtum prefentationis eiuſdem glorioſiſſime virginis marie genitricis dei, quum fuit prefentata in templo, Inſtituimus et volumus idem feſtum in profeſto beate cecilie virginis Jejunio premiſſo cum cantu de ipſius natiuitate mutatis nominibus ſollemniter, ad inſtar aliarum ipſius beate marie feſtiuitatum, ſingulis annis celebrari.

Similiter diem beati Erasmi Epiſcopi et martiris cum nouem lectionibus ſolemnibus et cantu de vno martyre et pontifice ſequenti die marcellini et petri peragendum ſingulis annis Inſtituimus, et feſtum beatorum Marcellini et petri martyrum in ſequentem feriam transferimus et hec ſunt collecte de ſancto Erasmo, que ſequuntur: Deus qui beatum et glorioſum matirem Eraſmum atque pontificem tuum, variis tormentorum generibus ereptum, angelico pane cibaſti, tribue quatenus ut ejus meritis et precibus a cunctis hoſtibus cordis et anime liberemur per Dominum etc.

Veränderung in dem Titel De baptiſmo et ejus effectu.

Item in ſacramento baptiſmatis tantum tres patrini ad impedimenta matrimonii precauenda de cetero aſſumantur, praua conſuetudine non obſtante.

De teſtamentis.

Statuimus vt condant preſbiteri teſtamentum et faciant id per loci ordinarium aut per prepoſitum, ſub cuius degunt prepoſitura, approbari. Qui non fecerit et obierit, iudicabitur inteſtatus deceſiſſe. Quod teſtamentum ne teſtatoris ſuffragia prorogentur, ſed celerius orationum et elemoſinarum preſidia preſtentur, poſt obitum teſtatoris de conſenſu illius, qui approbauit, infra vnius menſis ſpatium aperiatur et executio vltimarum voluntatum de poſt infra annum.

Zuſatz zu dem Titel: De penitentiis et remiſſione.

Item inhibemus omnibus et ſingulis clericis et presbiteris, ne extraneos ſiue extra Dyoceſanos

Digitized by Google

et peregrinantes presbiteros in ſuis eccleſiis celebrare miſſas ac alia eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare permittant, niſi per nos aut noſtrum vicarium fuerint préſentati aut de noſtra uel prepoſitorum, ſub quibus hujusmodi eccleſie ſunt conſtitute, licentia et auctoritate ſpeciali. Alioquin in quatuor libris cere puniantur, que nobis prefententur ſub pena obedientie.

De tabellionibus (et eſt ſumptum ex ſtatutis provincialibus).

Ex quo nonnulli imperiti ignoti et minus ydonei ad tabellionatus et notariatus officium exercendum teſte experientia in noſtra dioceſi in diuerſis cauſis et negotiis in judiciis et extra ad vota eoſdem requirentium ſe tamquam notarios publicos ingerunt et acta iudicialia conſcribuut, ſuper contractibus, vltimis volantatibus et ſimilibus uel maioribus, conficiunt inſtrumenta, ignorantes et nefcientes, quid ſcribunt, plures frandes, falſitates et errores in hoc committendo, Quare remediis oportunis hujusmodi obuiare cupientes, volumus et ſtatuimus, ne ipſi notarii ſeu aliquis eorum in judiciis et extra aliqua ſcribant uel ſcribat, nec ſuper contractibus, acceptationibus, promiſſionibus, vltimis voluntatibus ſeu ſimilibus uel majoribus conficiat ſeu conficiant inſtrumentum ſeu inſtrumenta, niſi prius et ante omnia dicti notarii precenſi ſe exhibeant et repreſentent cum inſtrumentis ſuarum creationum coram nobis aut noſtro officiali, per quos de ydoneitate, legalitate, vite et morum honeſtate ceterisque circumſtantiis ad hoc concurrentibus fuerint approbati et examinati, et ſuper hujusmodi approbationem et admiſſionem literas noſtras aut noſtri officialis exhibeant, ſub pena juxta arbitrium infligenda, vltra penam in ſtatutis provincialibus elucidatam.

Sequuntur generalia ſtatuta.

Statuimus, vt nullus presbiterorum uel clericorum presbiteros clericos aut noſtre dioceſis laycos ad alios judices extraneos trahat, niſi prius ad nos uel noſtrum officialem cauſa fuerit delata vel coram nobis iudicialiter agitata, ſub pena juxta arbitrium infligenda. Item ſtatuimus, vt in qualibet ſynodo teſtes ſynodales examinentur et noui deputentur. Acta et confirmata ſunt hec wiſtogk, Anno domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio, die vero lune viceſima quinta Menſis aprilis, in eccleſia parrochiali beate marie virginis, Memorato domino Epiſcopo Synodo ſollemniter preſidente.

XI. Biſchof Wedego's Verordnung über die Früchte aus den geiſtlichen Lehnen, wann dieſelben für deſervit zu erachten, vom Jahre 1464.

Wedego, dei gratia Epiſcopus Hauelbergenſis, vniuerſo clero per noſtram ciuitatem et dioceſin Hauelbergenſem ubilibet conſtituto Salutem in domino ſempiternam. Inter alias his diebus ſolito graviores noſtris humeris curas incumbentes, Ad id potiſſime mentis affectum deſtinamus, ut juxta credite nobis diſpenſionis officium, omnibus vigilantie noſtre commiſſis, Quatenus illius, cuius in pace factus eſt locus quique pacem predicavit, dedit et reliquit ex teſtamento digni ſint heredes, novorum editionis ſtatutorum diſſenſionis aufferendo materiam, pro ipſorum quieto laborem amplectentes, operoſa mentis follicitudine pacem reformemus. Sane licet ſuper fructibus tam curatorum, quam aliorum ſimplicium in noſtra dioceſi beneficiorum, in qua parte anni ſiue termino preciſe nati ſint vel deſerviti, quibusve debeantur, ulla nondum Sinodali lege promulgata, ſolis locorum conſuetis obſervantiis memoriis utentium commendatis contenta ſteterit antiquitas; Quia tamen pro dirimendis litibus, quas

Digitized by Google

naturalis ad diſſentiendum proclivitas maxime noſtris temporibus et preſertim inter beneficiatorum teſtamentarios aut heredes eorumque in beneficiis ſucceſſores utrisque eoſdem ſibi fructus deberi contendentibus experientia, que rerum efficax eſt magiſtra, ſpecialiter nobis illud ſuggerentes novas et difficiles non ſine ſumtuum diſpendio terminatas frequenter fecit prout cottidie facti inveniri, Dicte conſuetudinis locorum diverſitatem ſequens diverſitas velut vaga et incerta minus ſufficiens reputatur, pro his et aliis dictim emergentibus novis morborum experimentis nova remediorum inveniendo fomenta, Eccleſiarum ab exemplo vicinarum altricationibus huiusmodi, quantum nobis eſt poſſibile, per opportune proviſionis ſuffragium finem imponere cupientes, ſtatuimus, volumus et ordinamus, quod omnium beneficiorum eccleſiaſticorum ſimplicium et curatorum nec non commendarum fructus, redditus aut proventus quicunque, ſive conſiſtant in ſpecie, pecunia, pondere, numero vel menſura, corpus beneficii ſive clericalis ſtipendii conſtituentes, certum diem anni ſive terminum, quo preciſe debeantur aut nati ſint, in eorum comparatione, conſtitutione vel applicatione expreſſe deſignatum non habentes, per totam noſtram Havelbergenſem dioceſim Ipſo die ſancti Michaelis archangeli a medio noctis inchoando precile nati, debiti ſive deferviti ceuſeantur, Sic quod niſi beneficiatus deſignatum diem ſancti Michaelis attingat, fructus et obventiones illius anni de beneficio provenientes non per teſtamentarios aut heredes occupantur, ſed ſucceſſori debeantur. Quorundam tamen locorum privilegium vel conſuetudinem de anno gracie tollere non intendimus neque ei aliquotiens derogare, Sed potius et eandem preſentibus declarare. Ubi vero in conſtitutione ſive comparatione redditnum vel fructuum predictorum certus terminus dicitur expreſſe deſignatus, illic juxta continentiam litterarum deſuper confectarum, quibus hoc allegans probare teneatur, terminus vel termini tales obſerventur. In decimis vero ſive tricefimis ſolvendis, Quia unus et certus terminus eis convenienter aptari nequit, Juxta rei decimande qualitatem loci ſervetur conſuetudo. Specialiter tamen frumenta de manſis ſive areis manipulatim colligenda volumus in die Sancti Laurentii eccleſie noſtre patroni deberi ſive de ferenitate (ſic) dici. Inſuper cum beneficiatus talem terminum videlicet diem ſancti Michaelis vel alium in litteris redditnum expreſſum, aut decimationis diem attingendo, fructus et obventiones tollat et lucretur, Si prius, quam iterata fructuum et obventionum perceptio redeat, ipſum cedere vel mori contingat, Tunc ejus teſtamentarii vel heredes, vel ad quos alias tales fructus et redditus percepti pervenerunt, Illi, cui beneficium eſt conceſſum, certam ex eis partem ſive portionem per arbitros pro utraque parte communiter eligendos, Alioquin per nos aut curie noſtre officialem juxta taxam officiantibus dari ſolitam prout equitas ſuadet moderandam, conſtituaut et aſſignent, De qua uſque ad novorum fructuum obuentionem et perceptionem eidem beneficio per ſe vel per alium defervire valeat et onera conſueta ſupportare. Et quia etiam diuino cultui favor multus merito debeatur, eundem beneficiatum pro dicta portione conſequenda in bonis huiusmodi tacitam habere volumus hypothecam. Hec tam in ſimpliciter et perſonaliter beneficiatis quibus teſtandi et de rebus ſuis etiam intuitu eccleſie obvenientibus ad nutum diſponendi de jure vel conſuetudine liberior eſt facultas, Quam etiam in curatis ſive adminiſtrationem habentibus, quorum teſtandi poteſtas magis et reſtricta, precipimus omnibus modis obſervanda, Ut prefertim parochiali eccleſia ſuo rectore viduata ſucceſſor omnibus creditoribus preferendus de bonis per predeceſſorem relictis, que omnia niſi conſtet quod aliunde, potius eccleſie preſumuntur intuitu proveniſſe, ſibi et eccleſie ſue alias in toto debitis ſaltem competentem pro perſona ſua ſuſtentanda et oneribus ſupportandis taliter ut premittitur omnino partem retineat ſive portionem, Quem etiam ad ſolvenda ſui predeceſſoris debita pro tanto duntaxat quantum de bonis per defunctum relictis preter ſupradictam portionem, ut ea que alias doti eccleſie ſunt appropriata ad ipſum perveniunt, et non ultra teneri decernimus et declaramus, Niſi huiusmodi debita pro evidenti eccleſie neceſſitate ſint contracta.

Digitized by Google

XII. Statut der Synode zu Wittstock über Testamente von Geistlichen, Absolution von Excommunicirten, Gesindelohn, Kirchenbibliotheken ꝛc. vom Jahre 1464.

Wedego, dei gracia Epiſcopus hauelbergenſis, Vniuerſo clero per noſtram ciuitatem et dioeceſin hauelbergenſem vbilibet conſtituto, Salutem In domino Sempiternam. Vt multis ſuper bonis defunctorum queſtionibus oriri ſolitis in clero caucius via precludatur, hortamur, quod quiuis noſtre dioeceſis clericus, a Jure teſtari non prohibitus, commoditate captata Teſtamentum ſiue vltimam ſuam voluntatem pro lege ſeruandam de inofficioſo tamen non accuſabilem rite et canonice ſollicitus curet ordinare. Libertatem quoque ſemper obtineat vnus quisque, eandem ſuam voluntatem uſque ad extremum vite exitum, dum niſi racionis compos fuerit, immutandi, emendandi et innouandi tociens quociens volnerit, Nec ad approbationem aliquam obtinendam neceſſario ſit aſtrictus. Si quis tamen ſuſpicetur Ac ſibi caucius in tempore proſpicere velit, ne vltima ſua voluntas Impugnari, accuſari uel alias impediri forte valeat, Ille de mero beneplacito ſuo tantum a nobis aut Curie noſtre officiali et non aliis obtineat approbari, Contraria ſententia de neceſſaria approbatione et conſenſu ad aperiendum a nobis aut aliquo prepoſito requirendo et habendo, Si qua alias in modum ſtatuti pronunciata uel practicata reperiatur, Quam veluti preiudicialem nobis necnon clericis noſtris grauem, de preſenti reuocamus ac de medio tolli volumus, penitus non obſtante. Porro ſi quis de executoribus ſui teſtamenti prouidere velit, virum uel viros ydoneos non aliene dioeceſis, ſed in dioeceſi hauelbergenſi domicilium et moram habentes, ad huiusmodi deputari precipimus, ne deficiente coercione contingat executionem plus debito prorogari, Quos etiam teſtamentarios necnon heredes admonemus, quatenus omnia relicta legata uel donata eorum diſpoſitioni et fidei commiſſa negligentia et malicia ſemotis in vſus debitos fideliter diſtribuant et conuertant, ut de commiſſis, Inuentis ac diſtributis nobis aut Curie noſtre officiali legalem cum documentis oportunis tempore ſuo requiſiti poſſint reddere rationem. Clericorum vero Inteſtatorum decedentium, quamuis heredes extent, non tamen illi aut quiuis alii de bonis eorum ſe intromittant, Sed omnem ipſorum diſpoſitionem, adhibita conſideratione, an intuitu eccleſie an perſone adquiſita ſint, et an heredes extent an non extent ac aliis, prout canones cenſent fiendam, ad nos noſtrumque iudicium nouerint fore deuolutam.

Inſuper, quamuis excommunicati, quorum etiam abſolutio a papa requirenda eſſet, poſſint in mortis articulo permiſſione Juris communis a ſuis ſacerdotibus ſecundum eccleſie formam abſolui, et dummodo aliud non obſiſtat communicari, Invngi et eccleſiaſtice ſepulture tradi; Tamen ut illis excommunicatis occaſio taliter uſque ad extremum perſeverandi ſubtrahatur et . . . . . metuentes eo magis in tempore ſanitatis abſolui feſtinent, Statuimus quod taliter abſoluti non recipiantur ad eccleſiaſticam ſepulturam, Niſi prius pro eis fideiuſſores deputentur, non quod illi excommunicationem ſtatim in ſe transferant, Sed ad ſatisfaciendum ſub eiſdem cenſuris in ſuo ſtatu et in ipſos monitione premiſſa ſerendis firmiter ſe aſtringant, Quorum tunc nomina plebanus iudici uel actori conſcripta preſentari faciat requiſitus. Quod ſi fideiuſſores haberi nequeant, adhuc in loco ſacro non ſepeliantur, Niſi ſepultura a nobis aut eo, cui hoc committendum duxerimus, ſpecialiter fuerit Impetrata. Tali namque prouiſione adhibita, quamvis eccleſiaſtica ſepultura iuſto motiuo differatur, finaliter tamen eis non negatur. Heredes etiam et propinqui ad ſatisfaciendum modo premiſſo ſponte quaſi ſe obligant, Qui alias de jure ad id eſſent cum majori forte difficultate poſtea compellendi.

Item quilibet clericus clericos vel laicos utriusque ſexus in ſernicio ſuo habens, eisdem ſoluere debet debitum pretium in termino, ad quem ſe fecerunt conuenire. Quod ſi ipſi ſeruientes Infra an-

Digitized by Google

num, a tempore conductionis eorum computandum, ſibi dari non procurauerint, cum effectu nolumus ſucceſſorem conducentis poſt dictum conductionis annum ad ſolvendum hujusmodi pretium obligari, Sed ſibi Imputent, quod debitum ſibi pretium dari non procurauerunt in termino prefinito.

Item poſſeſſiones et redditus eccleſiarum miſſalibus inſcribantur. Nullus etiam eccleſie ſue libros ad domum propriam uel alium locum ſecum recipiat pro horis legendis, ne per negligentiam amittantur aut alias, prout ſepe viſum elt, defedentur. Item cum proceſſibus ſine mandatis quicumque requiſitus fuerit, executionem a tergo mandati manu ſua taliter ſcribat, quod de perſona executoris loco et die executionis facte liquide conſtare poſſit. Alioquin aliquid illorum peramplius omittendo delinquens arbitrarie punietur.

Item Nullus plebanus recipiat Cappellanum peregrinum et ignotum, niſi viſis formatis ſuis et aliis literis commendaticiis approbatum.

Item Quilibet plebanus, in loco murato habitans, habeat ſtatuta prouincialia et ſinodalia. Aliorum vero locorum plebani habeant ſtatuta ſynodalia ad minus Quilibet etiam hujusmodi ſtatuta et ſtatuenda ſingulis annis aput alia ſtatuta ſinodalia conferibat Eaque noſtro In ſpiritualibus vicario poſt lapſum duorum menſium exnunc requiſitus exhibeat oculatim, ſi penam ob hoc condignam voluerit euitare. Datum wiſtock in publica ſinodo per nos celebrata anno domini Milleſimo quadringenteſimo Sexageſimo quarto, Secunda feria poſt dominicam Miſericordia domini, noſtro Sub Secreto.

XIII. Statut der Synode zu Wittſtock über das Verhältniß der Altariſten und Officianten, vom Jahre 1465.

Wedego, dei gratia Epiſcopus hauelbergenſis, Vniuerſo clero per noſtram Ciuitatem et dioeceſin Hauelbergenſem vbilibet conſtituto, Salutem in domino ſempiternam. Ex frequentibus parrochialium facerdotum, nec non altarium patronorum querelis accepimus, Quod plerique altarium rectores in tollendis fructibus ſiue prouentibus ſatis vigiles, de officio debito, propter quod fructus dantur, ſibi curam aliquam inpoſitam vix agnoſcunt, et dum nimia auiditate fructus ſiue prouentus capiunt ac ad eos ſolos oculos cordis reflectunt, Etiam officiantes, per quos interdum ea regunt, propter tenuitatem portionis ſibi relicte remiſſi fiunt et in exequendis officiis exactam diligentiam non impendunt. Vnde deuotorum fidelium ſuis largis erogationibus propter augmentum diuini cultus et certum officium impendendum dicta altaria dotari curantium piis votis illuditur, eccleſia diffamatur et a fundationibus beneficiorum plurimi retrahuntur. Nos igitur volentes emendare preterita et quantum poſſumus aduerſus futura cauere, hac ordinatione per totam noſtram dioeceſin hauelbergenſem perpetuo valitura ſanximus, Quod quilibet altariſta uel in perſona propria officium ex vicarie uel commende ſue fundatione uel alios qualitercumque debitum diligenter perficiat uel loco ſui, niſi ex fundatione per dioeceſanum confirmata ad reſidentiam aſtringatur, ad id taliter expediendum, habeat ydoneum officiantem, cui medietatem prouentuum altaris pro ſuo ſtipendio teneatur aſſignari. Ne tamen ex hoc cuiquam melior officiantis quam intitulati condicio videatur, Illam portionem accipi volumus de illis prouentibus, qui deducta parte, que pro incumbentibus oneribus, videlicet caritatiuo ſubſidio forſan Impoſito, viualibus, luminalibus et aliis hujusmodi ſupportandis neceſſaria fuerit, expedito reperiantur ſuperefle. Nec pro diuidendis frumentis aut alia ſpecie contendere habeat officians, Sed data ei pecunia de fruſtis iuxta conſuetudinem loci computando ſit contentus. In conſtituendis vero dictis officiantibus

Digitized by Google

ita feruari precipimus, Quod curatus in ciuitate uel opido uel duo ſimplicia beneficia aut commendas ſibi perpetuo aſſignatas ibi uel prope habens, non poſſit ibidem cuiusquam beneficiati uel coummendatarii eſſe officians, Quique vnum beneficium ſimplex uel commendam ibi uel prope habuerit, liceat ei adhuc vnum officiare. Qui vero nullum beneficium uel commendam talem ibi uel prope habuerit, duorum et non plurimum beneficiorum uel commendarum officians eſſe poſſit, Saluo ſi nos uel noſter in ſpiritualibus vicarius aut officialis, expoſita et cognita cauſa rationabili, preſertim contra hos ultimos tres articulos aliquid alicui ſpecialiter duxerimus uel duxerit indulgendum. Si quis autem altariſta vicarius uel commendatarius altare ſuum penitus inofficiatum relinquit, ordinacionem hujusmodi temere violando, ſit a perceptione fructuum ſiue prouentum eiuſdem altaris eo ipſo ſuſpenſus, donec ſatisfactione premiſſa dictam ſuſpenſionis ſententiam per nos aut curie noſtre officialem obtineat relaxari. Qui vero contra predictam ordinationem aliter officiare preſumpſerit, omnibus emolimentis, ſiue occaſione alicuius fraternitatis, ſiue in vigiliis defunctorum aut alias qualitercumque in parrochialibus eccleſiis uel extra obuenire conſuetis, que manualia beneficia ſeu victualia et alias preſentie nuncupantur, careat et ad ea promerenda ſeu lucranda reddatur inabilis per vnum annum ipſo facto. Super quibus curatos locorum vigilare volumus ipſisque in virtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo mandamus, ut ſinguli eorum exceſſus circa premiſſa, intra limites ſue parrochie quandocumque contingentes, ad nos aut curie noſtre officialem deferant, quatinus ad arreſtationem fructuum ac alias penarum predictarum executionem et declarationem procedi poſſit, prout de jure videatur procedendum. Et quia dicti altariſte et eorum vices gerentes propter incrementum diuini cultus et ampliorem parrochialis domus dei decorem cum caritate ſunt admiſſi, Suntque et ipſi plebanorum parrochiani, ideoque ad impendendum eisdem reuerentias et honores ac cum gratiarum actionibus conpenſandum non inmerito tenentur obnoxii, Statuimus, volumus et ordinamus, quod hii omnes et ſinguli, ad laudem omnipotentis dei et excitandam populi deuotionem, laudabilium oſtenſionibus exemplorum, rectoribus parrochialium eccleſiarum, intra quorum parrochiarum limites cappellas uel altaria habent, in feſtiuitatibus ut decet aſſiſtere et proceſſioni omnino intereſſe teneantur, Et ſe taliter eis conformare, ne ſuarum miſſarum occaſione rectores eccleſiarum in offertoriis aut aliis quibuscumque detrimentum, damnum uel leſionem paciantur, Eisdemque dum eorum capellani, quos utique iuxta morem eccleſiarum habere debent, circa alia eccleſie officia uel negocia occupantur, et neceſſe fuerit caritatiue requiſiti cum miſſis legendis uel cantandis aut aliis obſequiis eccleſiaſticis beniuole ſubuenire, ſub pena quatuor librarum ſiue talentorum cere tociens, quotiens contra premiſſa temere venire preſumpſerint, pro medietate nobis et pro medietate plebanis applicande, preter alias penas ad arbitrium noſtrum aut curie noſtre Officialis, ſi proteruitas eorum id meruerit, infligendas. Datum wiftogk in publica ſinodo celebrata Anno Domini M. CCCC. LX. quinto, Secunda feria poſt Dominicam Miſericordia domini, noſtro ſub Secreto.

XIV. Notiz über verſchiedene Statute und kirchliche Vorſchriften des Biſchofs Wedego, vom Jahre 1469.

Nr. 12. des Havelberger Brevir.

Anno domini etc. LXIX. In Sinodo Mandat reverendus in criſto pater et dominus dominus Wedego Epiſcopus Havelbergenis Feſtum ſancti Juonis confeſſoris et presbiteri amplius decima nona Maii ſinqulis annis perpetuis futuris temporibus per totam ſuam dioceſim a clero celebrari,

Digitized by Google

ſicud aliud feſtum novem lectionum ſolennium cum Reſponſione veſperali et cantu de uno confeſſore, ubi propria hiſtoria non habetur.

Item vult, quod Feſta in octava Trinitatis occurrentia in aliam diem extra eam transferentur.

Item deteſtabilem abuſum, quo ſuffragia defunctorum plus debito in quorundam parochiis differri conſueverunt, omnino tolli volens, diſtricte precipiendo Mandat, ut eadem die, qua funus ſepulture traditur, exequie et funeralia ſolita in eccleſia debite peragantur, Niſi propter ſolenne feſtum impediens in diem primam ſequentem differantur. Contra facientes, aut in ſuis eccleſiis fieri permittentes poene arbitrarie ſubjacebunt. — Item mandat, quod etiam dominica infra octavas Corporis criſti per totam ſuam dioceſim in ſingulis parochiis de mane fiat ſolennis proceſſio cum Reliquiis et Sacramento, ſicut in diebus Rogationum, et tandem facto etiam circuitu in miſſa de Corpore criſti addatur collecta Pietate tua etc. cum Secretis et Complenda ut in libro miſſali.

XV. Verordnung des Biſchofs Wedego über die Freiheit der Geiſtlichen von Gemeindedienſten, über den Hirtenlohn und dergleichen vom Jahre 1469, nebſt der Beſtätigung des Erzbiſchofes Ernſt und einigen Verordnungen des Biſchofes Buſſo über Synodalangelegenheiten und Feier der Feſttage, vom Jahre 1490.

Erneſtus, dei gratia Sancte Magdeburgenſis Archiepiſcopus, primas Germanie et Adminiſtrator Halberſtadenſis eccleſiarum, Dux Saxonie, Lantgrauius Thuriugie et Marchio Miſſnenſis Reuerendo in criſto patri domino Buſſoni Epiſcopo Hauelbergenſi noſtro amico cum commendatione ſincera Salutem in domino ſempiternam. Cum a nobis id, quod iuſtum eſt, petitur, tam vigor equitatis, quam ordo poſtulat rationis, vt id per ſollicitudinem officii noſtri ad effectum debitum producatur. Sane cum nuper pro parte veſtra nobis propoſitum fuerit, qualiter per felicis recordationis Reuerendum in criſto patrem quondam dominum Wedegonem Epiſcopum Hauelbergenſem, immediatum anteceſſorem veſtrum, nonnulle pro libertate eccleſiaſtica edite eſſent Conſtitutiones iuri communi conformes et in plebanorum veſtre dioceſis commodum et quietem protendentes, Quarum tenorem hic de verbo ad verbum inſeri iuſſimus: Wedego dei et apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Hauelbergenſis preſentem paginam omnibus audituris Salutem in domino ſempiternam. Quidam noſtre dioceſis plebani ad nos accedentes querulose expoſuerunt, Quatinus quidam eorum parrochiani eos nituntur ad ſpecialia eorum ſtatuta et promiſſa contra eccleſie iura et clericorum libertates, videlicet ad ferendum clauam iuxta fata, ad accuſandum iuxta fata enormitates et exceſſus, Item ad formandum et reformandum aggeres et foſſata et ad reparandum vias, ſepes, communes pontes et etiam obſtacula, que dicuntur Slage, et ad reparandum domos paſtorum et fabrorum et ad portandum carbones et ſuppellectilia eorundem, Ceterum ad emendum et cuſtodiendum ac receptandum taurum, hircum vel aprum ad paſcendum, ſingula, que ſolent a villanis aut ruſticis ordinari per ſingulos circulariter paſcendo, etiam in caſu ſi paſtores deſint, et ad dandum de pactione, que dicuntur digniſſe, quas niſi de bonis mobilibus prohibemus, Item ad cuſtodiendum montem vel turrim, ad videndum rubeta vel huiuſmodi multa. Cum igitur predicta ſpecialia iuris ordinem non obſeruent, Omnibus vobis et ſingulis plebanis, viceplebanis noſtre dyoceſis predicta ſtatuta et promiſſa diſtrictius ſub pena ſuſpenſionis officii inhibemus exercere. Quicunque traxerint ad ſupradicta, ſententiam excommunicationis nouerint ſe incurriſſe. Ceterum ſi ſaber ſacerdoti laborauerit et paſtor tua pecora cuſtodierit, cum parrochianis ſatisfaciat

Digitized by Google

eiſdem. Item ſepes et foſſas in ſuis agris et curiis ſpecialibus, quemadmodum ceteri faciunt, non recuſent facerdotes. Precipimus etiam vt altaria anteriora non conſecrata poſt ammonitionem infra menſem deſtruantur; quod ſi facere recuſent, extunc plebani et facerdotes a diuinis ceſſabunt quouſque deſtruantur. Quicquid etiam in eccleſia loco quocunque oblatum fuerit, iure canonico ad facerdotes dinoſcitur pertinere. Quicunque autem huiuſmodi oblationibus ſe intromiſerit, excommunicationis ſententiam ſe nouerit hoc facto incurriſſe. Item noue imagines trunci in eccleſiis vel cimiteriis infra portici limites non locentur abſque noſtro conſenſu et plebanorum huiuſmodi locorum pena ſub premiſſa. Ne autem ſuper iam dicta aliquod dubium valeat ſuboriri, In preſentium tenore in Sinodo ſancta publicari Mandamus et mandari fecimus. Datum Wiſtogk Sub anno a natiuitate domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, Secunda feria poſt dominicam Trinitatis, Noſtro ſub ſecreto preſentibus impreſſo. Nobisque noſtro nomine, Quatinus dictas Conſtitutiones gratas et ratas habere eaſdemque metropolitico iure confirmare dignaremur, humiliter ſuit ſuplicatum. Nos vero Erneſtus, Archiepiſcopus et primas antedictus, qui ſupplicum votis prefertim, que honorem dei libertatemque eccleſiaſticam reſpiciunt, ſemper annuimus, huiuſmodi ſupplicationibus paterne inclinati, Conſtitutiones prefati Wedegonis anteceſſoris veſtri gratas et ratas habentes, Ipſaſque auctoritate noſtra ordinaria ac metropolitica et tenore preſentium approbamus et confirmamus ac quatinus opus eſt innouamus. Vt autem huiuſmodi conſtitutionum ratificatio approbatio et confirmatio inconnulſa et perpetuo perſeuerent, preſentes noſtras litteras deſuper fieri Noſtrique maioris Sigilli fecimus appenſione communiri, Sub Anathemathe prohibentes, ne quis illam quouiſmodo infringere audeat eidemque quomodolibet contrauenire. Datum In Caſtro noſtro Gebicheuſteyn, Sub anno domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo, Die vero Martis penultima Menſis Marcii.

Item ſtatuit, quod deinceps Sinodus Epiſcopalis ſingulis annis feria tercia poſt Cantate celebrari debeat, Mandans atque peremptoriis citans omnes et ſingulos in dioceſi hauelbergenſi Prepoſitos, Decanos et presbiteros quoſcunque, qui alias ad eandem Sinodum venire ſunt aſtricti, vt abſque alia intimatione de cetero nunc fienda Wiſtogk legitime compareant et huiuſmodi Synodali congregationi donec reſoluta fuerit legittime interſint. Alioquin qui legittimo impedimento ceſſante ſe ab eadem abſentare preſumpſerint, per officialem debite et legittime puniantur. Item ſtatuit quod feſtum Perpetue et Felicitatis in antea peragetur altera die ſancti Thome de Aquino, ſicut feſtum compulſationum de pluribus martiribus, et addatur ad collectam earundem videlicet ad iſtam Da nobis domine deus noſter vt ſanctarum martirum tuarum Perpetue et Felicitatis ſociorumque earundem. Idem etiam quedam in libris horarum nouiter ſecundum rubricam Hauelbergenſis impreſſis per errorem omiſſa declarando emendauit, videlicet quod in primis veſperis dedicationis, vbi notatum eſt, quod dicantur preces feriales, feruentur de cetero, vt in antiquis Breuiariis cantum eſt, pſalmi Laudate per omnia. In ſecundis veſperis de vna electa, vbi in libris impreſſis notati ſunt preces feriales, feruentur preces de domina noſtra.

XVI. Des Biſchofs Wedego von Havelberg Verordnung, wie es mit der Prüfung derer zu halten, welche die Ordination begehren.

— Cum etiam noſtris temporibus actenus in examine ordinandorum In dioceſi noſtra hauelbergenſi modus et forma in ſacris canonibus expreſſi In modico ſint ſeruati, Conſtare prout certius, pleroſque non admittendos et inhabiles de Jure ſepius fore admiſſos et ordinatos. Ad obuiandum igitur hu-

Digitized by Google

jusmodi periculis, Nos wedego Epiſcopus hauelbergenſis volumus, ſtatuimus et ordinamus vniuerſisque in ſpiritualibus vicario, necnon officiali Curie noſtre, omnibusque aliis et ſingulis pro examine per nos ordinandorum deputatis et deputandis In virtute ſancte obedientie, et ſub obteſtacione diuini judicii diſtrictius Iniungimus et mandamus, ut in cuiuslibet ordinandi examine ultra alia de Jure inquirenda ſeruentur modus et forma Infraſcripti.

Primum itaque et generaliter ſeruetur pro regula, quod nemo ordinandorum, preſertim de quo non conſtat clariſſime de ydoneitate, moribus et ſcientia etc. ſuis, examini admittatur.

Item quod examinandi in antea venire debent ad locum ordinationis quinta feria ante ſabbatum, ut ſequenti die tota examinari poſſint et ſe confitendo preparare: alioquin non admittantur. Accedente igitur examinando Inquiratur, an ſit de dioceſi hauelbergenſi, an ſit alienus. Si fuerit alienus, ſiue ſit religioſus uel ſecularis, ad quemcumque ordinem promouendus, poſtuletur dimiſſorium, et ſi non exhibuerit reiciatur. Si vero exhibuerit et fuerit religioſus, debet habere dimiſſorium ſui prelati immediati et cum conſenſu ſui Epiſcopi. In eo exprimi debet teſtimonium de ydoneitate perſone et de ſufficientia honeſtatis, morum et ſcientie, et ſi ſic fuerit, admittatur ſine examine, alioquin reiciatur. Si uero fuerit ſecularis et exhibuerit dimiſſorium a ſuo Epiſcopo uel eius vicario in ſpiritualibus habente ſpirituale mandatum ad id, Caute videatur, an contineat teſtimonium de vita et moribus ipſius, de ydoneitate perſone et ſcientia et titulo et tunc ſine ulteriori examine admittatur, Alioquin reiciatur, Niſi tunc alias de premiſſis euidenter conſtaret. Idem fiat de exemptis etiam de dioceſi exiſtentibus.

Si uero fuerit non alienus, ſed intraneus, Tunc aut eſt religioſus et teneatur exhibere litteras dimiſſoriales ſui prelati: alioquin reiciatur. Et iſte litere dimiſſoriales etiam debent habere teſtimonium de ydoneitate perſone etc.: Alioquin iterum reiciatur. Et hoc habet locum in hujusmodi religioſis ad quoscumque ordines velint promoueri. Item In hujusmodi religioſo ordinando habente literas ſuas ut debet etc., habendus eſt adhuc reſpectus ſuper etate. Si enim velit ordinari ſubdiaconus habeat, XVIII. annum inchoatum, Si diaconus XX, Si presbiter XXV. Et ſi infra fuerit reiciatur, niſi oſtenderit priuilegium. Si vero voluerit promoueri iſte religioſus intraneus ad minores ordines, quamuis non habeat complete VII annos in etate, non erit cura, dummodo tamen concordant priora videlicet de litteris dimiſſorialibus etc. Si autem talis ordinandus intraneus fuerit ſecularis, Queratur ad quos velit promoueri. Si dixerit quod ad minores, queratur primo an ſit baptiſatus, Si neſcit, queratur de patrinis, Si iterum neſcit, queratur an parentes eius fuerint reputati pro chriſtianis et an ipſe inter chriſtianos ſit conuerſatus. Item queratur an ſit natus de legitimo thoro ſiue matrimonio; quod ſi non, tunc non admittatur ſine diſpenſatione Epiſcopi. Item an ſit confirmatus, Si non prius confirmetur. Item an habeat in etate complete ſeptem annos, alioquin reiciatur, niſi fuerit religioſus, ut ſupra. Item an ſit criminoſus uel irregularis, quod tales reiciantur. Poſtmodum examinetur hoc modo: primo legat orationem dominicam Credo in deum, Et queratur an credat omnes articulos fidei. Item examinetur in Donato et in declinando et in caſibus. Si ſciat admittatur. Si nichil omnino ſciat reiciatur. Si vero modicum ſciat et fuerit ſpes de profectu, iniungatur ſibi ſtrictiſſime, quod diligenter addiſcat, Et facto per eum de hoc promiſſo admittatur, dummodo priora concurrant, videlicet quod non habet Impedimenta. Si uero talis Intraneus ordinatus dixerit, ſe velle promoueri ad ſacros ordines ſiue ad vnum de ſacris, poſtulentur primo formate ſiue littere teſtimoniales de prius habitis ordinibus Si uero non habuerit illos, tunc reiciatur. Et circa hoc ſciendum, Si volens ordinari in ſacerdotem, exhibuerit ſolum formatam ſuper ordine diaconatus, non admittatur, Niſi etiam probauerit, ſe habere ordines priores vel niſi in formata iſta exhibita contineatur, quod gradatim ſit promotus, Et eſt nota dignum. Poſtmodum

Digitized by Google

queratur ab iſto ordinando et habente formatas debitas, primo an ſit aliquo crimine irretitus, Item an ſit Infamis, Item an ſit irregularis, Et ſi illorum aliquid confitetur reiciatur. Si dixerit quod non, nec aliter appareat, creditur ei. Item queratur de conditione ſiue genere, an videlicet ſit ſeruus uel liber quod ſeruus, talis videlicet, qui eſt proprius domini uel empticius, non admittitur. Item an ſit alicui obligatus ad ratiocinium, quod talis ante redditam rationem non promouetur. Item videatur caute, an talis ſit viciatus, vbi videri poteſt, videlicet in oculis, auribus, manibus et aliis membris, vbi autem non videri poterit admittatur. Item queratur an ſit Bigamus, quod talis repellitur. Item an ſit legitime natus, Quia illegitimus non admittitur ſine diſpenſatione pape. Item queratur de etate, quia ſi velit promoueri In Subdiaconum, oportet neceſſario, quod attigit in etate XVIII annum, Si in diaconum viceſimum, Si in presbiterum XXV. Alioquin ſi eſt infra, tunc reiciatur. Item queratur de qua prouincia natus eſt, ut ſecundum hoc preſumi poſſit de moribus, Quia in vna patria ſiue in vna parte vnius prouincie conſueuerunt homines eſſe virtuoſiores quam in alia videlicet per experioqtiam cottidianam. Et hec inquiſitio generaliter fiat in minoribus ordinibus. Item queratur de titulo. Si dixerit, quod velit promoueri ſub titulo patrimonii, oſtendatur teſtimonium, quod ſit ſufficens uel ſaltem competens. Si uero ſub titulo beneficii, exhibeatur inſtitutio et ibi videatur, an ſit beneficium deſolatum uel minus valens, quod tunc deprehenditur fraus, vt ſcilicet beneficium recepit pro titulo, poſt ordines receptos ipſum dereliciurus, prout ſit tota die. In hiis rigoroſiſſime procedatur in examinando, ut videlicet defectum tituli et modicitatem ſuppleat copioſitas ſcientie. Nam tales ſi non valde bene habeant ſe in ſcientiis et ceteris, que requiruntur, reiciantur. Nam volunt poſt beneficia derelicta ire ad magnas eccleſias et ibi tamquam Cappellani deſeruire et predicare. Si non fuerit beneficium tale, In quo iſte velit reſidere, habendus eſt reſpectus ad beneficium, ut ſecundum hoc fiat examen in ſcientia, videlicet Nam promotus ad ſollemnem parrochialem eccleſiam, habentem magnum populum, tenetur maiorem habere ſcientiam, quam is, qui ad modicam eccleſiam promouetur. Et iſte tenetur adhuc ad maiorem ſcientiam, quam ſi habet ſimplex beneficium. Et ſi in hujusmodi ſciencia defecerit, reiciatur.

Item habendus eſt reſpectus ad ordinem, quem ordinandus velit recipere, Quia major ſcientia requiritur in ſacerdote, quam in Diacono, et maior in diacono, quam in ſubdiacono. Et ſecundum hoc reguletur examen quoad ſcientiam. Hodie tamen non conſueuerunt petere ſubdiaconatum preſertim ſeculares, Niſi mox poſt velint etiam habere ordines ſequentes. Ideo forte non incautum iudicaretur, fieri examen tantum apud promouendum in ſubdiaconum, ſicut in ſacerdotem. Attamen premiſſo ſtante poſſet fieri examen quoad promouendum in ſubdiaconum eo modo ut ſufficeret. Et ſi ſufficiens eſſet in ſcientia quoad ſubdiaconum et non ultra, diceretur ſibi: Si vellet promoueri ad illum ordinem, admitteretur bene, ſed ultra non poſſe admitti, niſi plus ſtuderet et ſe in moribus et ydoneitate meliorem redderet. Et ſi tunc accederet, Imputaret ſibi ipſi, ſi poſtea reiceretur et ſic maneret. In examine itaque iſtius ordinandi ad ſacros ordines, poſtquam in legendo et cantando bene ſe habeat, Aliisque in grammatica et ceteris neceſſariis expeditus, Queratur quot ſint ſacramenta et que ſint. Item que poſſint reiterari et que non, Item Que ſit forma baptiſmi et ſic conſequenter de aliis ſacramentis. Et quot ſint claues eccleſie et que ſint. Item quid ſit clauis eccleſie. Hec precipue querantur a curatis. Examine finito mandetur omnibus et ſingulis ordinandis preſertim ad ſacros ordines, vt confeſſionem faciant de omnibus peccatis, antequam accedant, Et quod ſe diligenter ad eukariſtiam ſumendam preparent. Item quod ſint Conferuati. Item omnes ordinandi ad minores ordines facere debent confeſſionem antequam accedant, Et ad eos recipiendos ſe etiam diligenter deuote preparare.

Digitized by Google

XVII. Bischof Wedego verordnet, in der Passionszeit und an andern heiligen Tagen die Schauspiele in der Kirche abzuschaffen, und publicirt sein Statut über das Gnadenjahr, im Jahre 1471.

De non abutendis cantu et organis, de ludis tollendo, de anno gratie.

Wedego, dei gratia Epiſcopus eccleſie Havelbergenſis, univerſo clero noſtre dioceſis Salutem in domino ſempiternam. Quia longe gravius eſt, eternam quam temporalem ledere majeſtatem, conſtat etiam ex qualitate temporis et loci peccata aggravari, et oculos divine majeſtatis animo leviter offendi, ſi eo tempore et eo loco, quibus eſt peccatorum venia poſtulanda, peccandi datur occaſio, aut deprehenduntur peccata committi; Omnem abuſum circa divinum cultum in cantu, in organis et ludis, per negligentiam curatorum in pleriſque parochiis damnabiliter introductum, cupientes exſtirpari, Non quidem aliquid novi ſtatuentes, ſed jam dudum jure communi et alias ſalubriter ſtatuterum executioni debite intendentes, Paſſionis domini et aliorum ſanctorum ludos conſuetos, in quibus turpido, ſcurrilitas, ſtultiloquium, que ad rem non pertinent, contra prohibitionem apoſtoli notorie ſiunt et ſe immiſcent, et tam ludentes quam aſpicientes ad laſciuiam et voluptatem, immo mortalem libidinem et cachinnationem magis, quam ad compunctionem, que ſolum in huiusmodi repreſentationibus finis conſtitui deberet, provocantur, Vnde etiam in univerſitatem ludentium talium ſepe peſtis, fames, aut gladius, ac alias dira dei flagella veriſimiliter immitti creduntur, de medio tolli, et de cetero nequaquam admitti, diſtricte precipiendo mandamus, Super quo eccleſiarum rectores ad vigilandum excitamus, Ne intra limites ſuarum parochiarum huiuſmodi ludos fieri quouiſmodo permittant, Quos ſimiliter ſub obteſtatione divini judicii requirimus et monemus, ut cantilenas ſive notas ſeculares, larvales et theatrales jocos, ac omne id, quod eccleſie honeſtatem inquinat, et devotionem ſive compunctionem non inducit, de eccleſiis omnino tollant, Nec eis quoquo modo comitiuam preſtent, quacunque conſuetudine non obſtante, que potius eſt dicenda corruptela, Servientes eccleſiarum ſuarum in cantu et organis auiſantes, quod in his modeſtie metas ſic fervent, ut non, quod vanis et laſcivis hominibus, ſed quod deo placet, in divino officio fiat. Juris communis prohibitiones in c. communicantes XCII di. in c. cum decorem de vi et honeſtate cleri cum ſimilibus, Ac etiam proviſiones ſacri Baſilienſis concilii, nec non quoudam domini Tiderici Havelbergenſis epiſcopi deſuper emanatas, quas hic pro infertis et repetitis haberi volumus, pre oculis habentes, earum obſervantie diligenter intendant. Quod ſi quisquam alicujus premiſſorum amplius contemptor repertus fuerit, contra eum ſine dubio rigidius procedetur. —

Item recolimus nos alias pro dirimendis litibus inter beneficiatorum defunctorum teſtamentarios ſive heredes ex vna, et ſucceſſores eorum partibus ex altera, ſepius oriri ſolitis, quondam edidiſſe ſtatutum: prout hoc inter alia noſtra ſtatuta jam reperitur annotatum, cujus tamen publicatio ex cauſa dilata fuit. Nunc igitur eisdem quibus tunc motivis idem ſtatutum adhuc publicamus, et practicari volumus, Ac pro ejus ſuppletione, quia ſepe dē facultatibus ſuis amplius quam in his eſt ſperant homines, ne fraudatis creditoribus defunctorum gravetur opinio, Quatenus omnis controverſia de cetero ceſſet, habitis deſuper tractatibus cum prepoſitis ſive prelatis in noſtra dioceſi, equitate ſuadente juſte et rationabiliter juncti, Omnibus beneficiatis, curatis et non curatis, etiam commendatariis perpetuis decedentibus per noſtram totam dioceſim, preter fructus anni deferviti, etiam fructus anni ſequentis, qui vocari ſolet annus gratie, de quo etiam in memorato ſtatuto mentionem fecimus, preſenti perpetuo valitura conceſſione, Adhibita tamen moderatione, de qua in c. preſenti in §. porro de offi. ordi. li. VI et in extravagant. Johannis viceſimi ſecundi, que incipit Suscepti reginimis, ex gratia damus, conſtituimus pariter et confirmamus. Item cum vergente in ſenium mundo jam ab olim per ſanctos patres, viden-

Digitized by Google

tes hominum pigriciam ad fatisfaciendum pro peccatis, invento remedio non reperiatur modernis temporibus in militante eccleſia, quo homo facilius in genere fatisfactionis juvare ſe poſſit, quam indulgentiis poſt factam confeſſionem ſacramentalem, Ideo quatenus omnium indulgentiarum, in octavis Corporis criſti et viſitationis Marie ſummorum pontificum liberalitate ac alias conceſſarum, omnes devoti clerici et laici difficultate ſemota participes fieri commode poſſint, Omnibus clericis in noſtra dioceſi in eccleſiis parochialibus dictarum octavarum temporibus horas perſolvere volentibus, ut ſingulis diebus ad matutina tempora tres pſalmos cum ſuis antiphonis et tribus lectionibus ac laudibus matutinis decantare poſſint, et ad nocturnum dicendum ibi non aſtringantur, Ipſis tamen principalibus diebus feſtis cum dominicis et octavis diebus exceptis, tenore preſentium indulgemus. Datum in Wiſtogk, In publica Sinodo, celebrata Anno domini 1471, feria ſecunda poſt dominicam Miſericordia domini, noſtro ſub Secreto.

Inſuper conſiderans, quod non expediat, preterquam diebus dominicis et maioribus feſtis ab eccleſia inſtitutis, laicos a laboribus retrahere, Tum quod in feſtis ſepe magis multiplicantur peccata in tabernis, coreis et aliis laſciuis, quas docet ociositas, Tum quia dies operabiles vix ſufficiunt pauperibus ad vite neceſſaria procuranda, Ideo in feſtis beati Petri cathedra et ad vincula, Crucis inuentionis et exaltationis, Georgii, Marci, Johannis ante portam, Commemorationis Pauli, Commemorationis animarum, vbi Breuiarius quedam opera expreſſe licentians alia vitanda innuit aut exprimit, Idem Reuerendus pater ſimili paterna affectione, quatinus ſtricta prohibitione ſublata plurium conſcienſcie ſereniores reddantur, Illam aliorum operum abſtinentiam tantum ſuadendam, non imperandam fore vult et interpretatur, Sic quod totus fidelis populus prefatis diebus in quibuscunque ſuis operibus ſiue laboribus, quibus vite neceſſaria querit, tollerari et a peccato valeat excuſari, et feſta tamen in eccleſiis in diuinis officiis ſolemnius a clero celebrentur, Alia vero in eodem paſſu Breuiarii de modo feſtiuandi et ieiunandi per circulum anni, prout ibi deſcripta ſunt, debitis temporibus diligenter intimari. Et prefertim ſtatutum quondam bone memorie domini Conradi Epiſcopi Hanelbergenſis de die dominico, prout in Statutis Sinodalibus inuenitur, diſtricte precipiendo mandat practicari. Item ſanctorum Liborii confeſſoris et epiſcopi cum Reſponſione veſperali Juſtum deduxit, In profeſto ſancte Praxedis, et Otilie virginis et martiris cum Reſponſione veſperali Regnum mundi, In profeſto ſancti Nicolai, feſta nouem lectionum ſolemnium inſtituit et vt talia de cetero precipit obſeruari.

XVIII. Biſchof Wedego erneuet die Beſchlüſſe der Concilien in Beziehung auf die geziemende Tracht der Geiſtlichen in der Havelberger Diöceſe, im Jahre 1474.

Wedego, dei gratia Epiſcopus eccleſie Hanelbergenſis, Vniuerſo clero noſtre dioceſis Salutem in domino. Quamuis ab olim ſancti Patres prefertim in conciliis, dolentes de eccleſie miſeria, Demum et in ſacro Baſilienſi concilio circa debitam in eccleſiis et diuinis perſoluendis officiis ſeruandam deuotionem et modeſtiam, zelum non immerito ſeruentiſſimum inneniantur habuiſſe, Tamen ſicut tunc, ita et nunc, eorum piam ſollicitudinem adhuc interdum effectum debitum carere cernimus, ex ſola rectorum negligentia, diſciplinam et correctionem non adhibentium, vt deberent. Auctoritate igitur noſtra ordinaria et dioceſana, prout et in memoratis iuribus nobis iniunctum accepimus, Vobis, quibus ſupra, in virtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo mandamus, Quatinus poſt allegatas prouiſiones olim factas, illam ſaltem in Concilio Baſilienſi nouiſſime prouiſam admonitionem inferius in

Digitized by Google

parte annotatam, ad mentem reuocantes eamque in singulis clauſulis et punctis attente conſiderantes in dicendis ſeu decantandis horis canonicis et etiam deſunctorum vigiliis aliiſque diuinis officiis quibuſcunque peragendis, prolatione, veſtitu et geſtu ac aliis, prout decet, dictorum ſanctorum patrum iuſtiſſimis ordinationibus vos ſtudeatis, quantum poteſtis, conformare, ſub pena duarum librarum cere tociens, quotiens horum contrarium temere preſumptum fuerit, nobis irremisſibiliter ſoluendarum. Et ad ulteriorem horum executionem faciendam parrochialium locorum plebanis et fraternitatum kalendarum decanis ſeu ſenioribus communiter vel diuiſim tenore preſentium committimus, Volentes et mandantes, vt ſuper omnium et ſingulorum premiſſorum obſeruantia, quantum in parrochialibus eccleſiis fieri poteſt, procuranda, vigilanter intendant et exceſſus extinguentes ne dum in his ſed etiam in aliis ad diuini cultus decentiam ordinatis quandocunque, Vt ſi altariſte uel officiantes in proceſſionibus conſuetis cum biretis decenter non incedant vel ſi in certis feſtiuitatibus anni, videlicet Singulorum apoſtolorum et ſancti Nicolai, Johannis baptiſte, Marie magdalene, Laurencii, Michaelis, Martini, Katherine et maioribus, primis veſperis ad minus induti ſuppellitiis non interſint, et ſic de ſimilibus, Si ſuis ſtatutis et conſuetudinibus approbatis inter ſe corrigere commode non poſſint, Ad nos aut curie noſtre officialem, ſine vlla diſſimulatione, fideliter deferant corrigendos. Alioquin contra memoratos plebanos ac decanos in huiuſmodi reſpiciendis et accuſandis negligentes ad ipſos propterea puniendos ammodo ſeriosius procedetur. Datum wiſtogk, anno etc. LXXIIII. In die natiuitatis Johannis baptiſte.

Sequitur extractus ex decretis Concilii Baſilienſis.

XIX. Biſchof Wedego gebietet den Geiſtlichen, welche die Halsbinde und die Stiefeln abgelegt, deren Wiederanlegung, im Jahre 1485.

Wedego, dei gratia Epiſcopus Hauelbergenſis, Vniuerſo clero noſtre hauelbergenſis dioceſis Salutem in domino. Cum omnis iactantia et diſſolutio corporalis a ſacramento ordinis debeat eſſe aliena, Statutum noſtrum Sinodale, quod incipit Dolenter referimus in § et quicunque clericus, ſumptum ex cle. II. de vi. et ho. cle., Etiam ad eos, qui leves quorundam laicorum mores vel potius abuſus nouiter introductos imitari et huic ſeculo conformari gaudentes, ſub tunicis colleria, quibus colli nuda proteguntur, per maiores noſtros laudabili more ſemper haberi conſueta, tamen omnino dimittunt, vel qui nudis cruribus caligas non induti, maxime quando diuinis interſunt officiis, impudenter et publice incedunt, quaſi in ſue ſqualide cutis oſtenſione et turpitudinis reuelatione gloriantes, tenore preſentium extendimus, ipſosque penis ibi contentis decernimus ſubiacere. Datum Wiſtogk in Sinodo, anno domini 1485, feria ſecunda poſt Miſericordia domini.

XX. Biſchof Buſſo beſtätigt die Statuten ſeiner Vorfahren und ordnet über die Feier einiger Feſttage Näheres an, im Jahre 1488.

Anno domini 1488 feria ſecunda poſt Cantate Reuerendus in chriſto pater et dominus, dominus Buſſo, Epiſcopus eccleſie hauelbergenſis, in publica Sinodo, tunc in eccleſia beate Marie virginis Wiſtogkenſi per eum celebrata, Omnia ſtatuta por felicis memorie Reuerendum patrem

Digitized by Google

dominum Wedegonem, ſuum predeceſſorem, edita innouando publice recitari fecit, Mandans ea cum aliis anteceſſorum ſuorum ſtatutis haberi et ab omnibus obſeruari, Quod omnia feſta trium lectionum ſimplicium ſiue compulſationum per Quadrageſimam occurrentia peragentur cum nouem lectionibus et ſi in aliquam dominicam ceciderint, transferentur in feriam competentem. Secundo omnia feſta tam nouem quam trium, in dominicis diebus infra Paſca et Aſcenſionis domini venientia, debent referuari et potius in ſecundam quartam vel ſextam feriam vacantem quam in aliam. Tercio omnia feſta trium lectionum infra Paſca et Penthecoſtes propter ſolemnitatem temporis tanquam feſta compulſationum debent peragi. Quod tamen extra hoc tempus locum non habet, niſi fuerit per ſe feſtum compulſationum. Vnde notandum quod feſta compulſationum in officio ſunt fere ſimilia feſtis IX. lectionum ſimplicium quandoque loco nocturni dicuntur in eis IX. antiph., IX. pſalmi vt in infra octauarum ſolemnium et in quibuſdam aliis feſtis, quandoque IX. pſalmi cum vna duntaxat antiph. de communione ſanctorum, ſecundum exigentiam feriarum. Nam feria ſecunda et quinta dicitur prima antiph. primi nocturni cum tribus reſponſoriis eiuſdem nocturni. Feria tercia et ſexta die prima antiph. ſecundi nocturni cum tribus reſponſoriis eiuſdem nocturni. Feria quarta et ſabbato die prima antiph. tercii nocturni cum tribus reſponſoriis eiuſdem nocturni niſi aliud ſpecialiter inueniatur expreſſum. Patet ergo quod hec feſta trium lectionum dicta compulſationum hoc ſpeciale habent vltra feſta trium lectionum ſimplicium, quod in ipſis quindecim gradus et ſeptem pſalmi non dicantur, Loco nocturni tamen IX. pſalmi habentur, Te deum dicitur, Et concludantur omnes hore ſine Pater noſter. Item conſiderandum in feriis terciis, quintis et ſabbatis poſt octauas Epiphanie domini vſque ad caput ieiunii et poſt octauas Corporis chriſti vſque ad Aduentum domini, vbi non eſt memoria alicuius ſancti, ſiue trium lectionum ſiue IX. demptis vigiliis ſanctorum, in quibus ſpecialiter omelie pronunciantur, Ad matutinas hore canonice peragentur ſecundum modum infraſcriptum etc.

XXI. Biſchof Otto mildert die geiſtlichen Strafen, welche gegen unvermögende Schuldner zu verhängen, im Jahre 1494.

Statuta ſinodalia Reverendi in criſto patris domini Ottonis. Reuerendus in criſto pater et dominus noſter gratioſus Electus et Confirmatus eccleſie hauelbergenſis, De indiſtricta interdicti aut ceſſationis diuinorum fulminatione multorum ad ſe delatis laicorum querelis merito motus, ſuper huiuſmodi cenſuris per eos, qui eas attenus ferre conſueuerunt et non alios, cum maturitate debita ferendis, de conſilio et conſenſu fui Capituli ſtatuendo diſtricte precipiendo Mandat, quod nemo deinceps in ſua dioceſi iuriſdictionem ordinariam eccleſiaſticam exercens, Interdictum aut ceſſationem diuinorum talem, que interdicto equiualet, pro debito pecuniario ferat. Si tamen pro huiuſmodi debito confeſſato vel contumacia qualitercunque contracta reus excommunicationis et aggrauationis ſententias vltra tres menſes temere et pertinaciter ſuſtinuiſſet et debitum confeſſatum de facultatibus ſuis competenter ſoluere poſſet, Actor reum poſt lapſum trium menſium ad videndum, ferri contra eum ſententiam ſuſpenſionis ſolemnitatum in diuinis officiis conſuetarum pro tali rebellione, citari obtinebit. Et reo citato comparente vel non comparente, ſi actor premiſſa legittime probauerit, extunc et non alias, tanquam pro ipſius rebellione et contumacia, ad huiuſmodi ſuſpenſionem ſiue ceſſationem a ſolemnis diuinorum procedet, niſi fuerit pro ſallario deferuito iudicialiter confeſſato, Aut annuis redditibus pro miniſtris et miniſteriis eccleſiaſticis deputatis explendis, aut miſerabilibus perſonis, que alio iuris ſuffragio

Digitized by Google

carent. In premiſſis caſibus contumacia et rebellione concurrentibus, Ceſſationis huiuſmodi proceſſus ſaluis internallis vnius menſis decernatur. In quo moneatur ipſe reus, quod ſatisfaciat, et domini temporales, quod eum ſua iuriſdictione temporali ad hoc conſtringant infra terminum competentem. Alioquin vbicunqne vifus fuerit, ceſſetur a ſolemniis diuinorum, qua ceſſatione duraute celebrari poterit ianuis clauſis laicis excluſis et nichilominus omnia ſacramenta ſanis et infirmis, ſicut huiuſmodi ceſſatione non exiſtente fieri ſolet, miniſtrentur. Eis tamen, qui vltra annum in excommunicatione ſteterint, quos non excuſat inopia, per hoc priuilegiari non vult, quominus contra eos ob clauum contemptum rigidius procedi poſſit.

XXII. Biſchof Otto's Synodal-Verordnungen über die Teſtamentsvollſtreckung, die Feier von Feſttagen, die Reſidenz der Landpfarrer, die Einhegung der Kirchhöfe und dergl., vom Jahre 1496.

Statutum in publica ſynodo publicatum anno domini etc. XCVI. feria tercia poſt Cantate. Otto, dei et apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus eccleſie Hauelbergenſis, Omnibus et ſingulis eccleſiaſticis et ſecularibus perſonis noſtre dioceſis, executoribus vltimarum voluntatum vel in futurum deputandis, huiuſmodi vltimarum voluntatum et teſtamentorum de executione ſe intromittentibus, precipimus et mandamus, Quatinus ſub pena excommunicationis, quam incurrere volumus eos ipſo facto, niſi fecerint, que precipimus et mandamus, firmiter precipiendo Mandantes, Ne de bonis quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum, cuiuſcunque gradus, ſtatus, conditionis et preeminentie fuerint, ratione executionis teſtamentorum ſeu vltimarum voluntatum, quoquomodo ſe intromittant vel aliquo modo executionem facere incipiant, Niſi prius de relictis bonis et inuentis ac creditis et debitis coram Notario approbato inuentaria faciant et officiali noſtro de huiuſmodi teſtamentis et inuentariis copias per Notarium auſcultatas et ſubſcriptas infra quatuordecim dies poſt obitum teſtatoris immediate tradant, quodque infra annum, dictos quatuordecim dies ſequentem, executionem hujusmodi teſtamentorum ſiue vltimarum voluntatum realiter et cum effectu faciant, et de huiuſmodi reali executione infra octo dies poſt dictum annum officialem noſtrum debite certificent, ſub pena quinque florenorum Fiſco noſtro applicandorum, quam quilibet teſtamentarius, dummodo per eum ſtetit, quominus executio fiat, debeat incurrere ipſo facto, ceſſantibus legittimis impedimentis et rationabilibus et veris cauſis coram officiali noſtro infra dictos terminos iuxta exigentiam cauſarum huiuſmodi proponendis et admiſſis. Alioquin, prout vifum fuerit et ordo dictauerit iuris et rationis, prouidebitur oportune. Inſuper precipimus et mandamus teſtamentariis et vltimarum voluntatum executoribus, qui hactenus ſe de teſtamentis ſeu vltimarum voluntatum executionibus intromiſerunt, vt adhuc infra ſpacium vnius menſis executionem teſtamentorum ſeu extremarum voluntatum huiuſmodi realem faciant et officialem noſtrum generalem infra dictum Menſem de executione huiuſmodi certificent, traditis et exhibitis primitus inuentariis, iuxta continentiam antedicti noſtri ſtatuti deſuper publicati de bonis derelictis inuentis atque creditis teſtatorum. Alioquin contra eos rigidius procedemus. Item volumus et mandamus, quod quilibet diuinorum Rector copiam noſtri Sinodalis proceſſus, quam ab officiali noſtro aut notario conſiſtoriali acquirere poterit, infra ſex ſeptimanas proximas habere teneatur, Ac copiam eandem infra eundem terminum intra eccleſiam ſuam in aliquo loco, vbi clerus loci illius frequentius conueuire conſueuerit, publice locet, Et ſemper ibi iacere promittet, vt nemo ignorantiam pretendere poſſit de premiſſis, ſub pena vnius floreni. Item Reuocamus omnes et ſingulas membranas, per officialem noſtrum datas: et hii, qui tales

Digitized by Google

adhuc apud se detinent, igne cremari debent, sub pena excommunicationis. Item statuimus et mandamus vt fratres kalendarum in fraternitate constituti, sub pena priuationis fructuum, infra vnius spatium mensis confirmationem eorundem a nobis aut officiali nostro debent obtinere, et crescente contumacia crescere debet et pena. Hii qui non infra dictum terminum exegerint et obtinuerint confirmationem antedictam, contra eos tanquam rebelles rigidius procedemus. Item statuimus et mandamus, sub excommunicationis pena, canonica tamen monitione premissa, et expost et inantea festum Constantii, quod festum sicut festum sancti Laurentii cum debitis et consuetis cerimoniis, quantum solemnius atque decentius fieri potest, etiam cum processionibus, Dies autem ipsa tota celebris habeatur et ab ecclesiarum rectoribus dominica immediate procedente proclametur cum exhortatione, vt christi fideles se ab operibus mechanicis per illum diem abstineant. Item festum sanctorum Galli et Lulli confessorum tanquam festum nouem lectionum solemnium cum Responsorio: Isti sunt viri sancti quos elegit dominus in caritate etc. deinceps statuit obseruari. Idem festum sancti Rochi laici confessoris, tanquam festum nouem lectionum cum responsorio Justum deduxit ammodo singulis annis quinta mensis Marcii precipit peragi et obseruari.

Item prefatus Reuerendus in christo pater et dominus Otto, Episcopus ecclesie Hanelbergensis, quedam festa compulsationum de nono precepit obseruari. Videlicet festum sancti Ignatii altera die post Blasii, festum Zotici, Erenei et Jacincti duodecima Mensis Februarii, festum Valentini martiris et presbiteri terciadecima eiusdem Mensis, Festum Affre martiris et electe secunda Marcii, Adelberti martiris et pontificis decima nona eiusdem mensis, Festum s. Geroncii mart. et pontif. vicesima tercia predicti Mensis, Festum Marie ad martires vicesima octaua eiusdem Mensis, Et festum sancti Gangulphi martiris sexta Mensis Aprilis. Que singulis annis tanquam compulsationum peragi vult, statuit atque mandat, Et illa in Kalendario et Breniario ita ordinari etiam duxit statuendum.

Deinde statuimus Festum sancte Anne matris gloriosissime dei genitricis semper virginis Marie per totam nostram diocesim, tam a clero, quam a populo, deinceps et in antea singulis annis in loco solito post Jacobi cum ieiunio, cantu, processione et pulsu campanarum ac aliis solemnitatibus solitis et consuetis tamquam summum festum solemniter celebrari et venerari. Et hoc singuli Curati dominica precedenti ac alias, vbi et quando opus fuerit, faciant in sermonibus populo intimari et publicari. Insuper statuimus, quod Curati ecclesiarum, seu etiam Prepositi et Commissarii, necnon testes Sinodales, singulis annis iuxta ordinem Fraternitatis kalendarum deputandi, infra Mensem, postquam innotuerit eis, aliquem excessisse contra statuta Sinodalia, executori statutorum huiusmodi sub pena arbitraria suis litteris et scriptis intimare curent et executorem eorundem statutorum, vicarium nostrum in spiritualibus ac officialem generalem duximus deputandum et deputamus. Denuo statuimus, vt singuli Curati apud vitricos ecclesiarum et signanter villis apud eos et ceteros villanos instent et publice in ecclesiis suis denuncient, quod cimiteria ecclesiarum vallo aut sepibus muniant et circumdent. Alioquin si negligentes circa hoc reperti fuerint, eos citare et punire volumus et intendimus. Ex querela multorum et fama publica deferente accepimus, quod sint plerique curati suas ecclesias deserentes, ad ciuitates et oppida confluunt, ibidem degentes, propter quod negligentie et multa pericula animarum eueniunt. Ideo huiusmodi negligentiis et periculis obuiando statuimus, vt singuli curati apud ecclesias suas personaliter residean et diligenter circa curam eis commissam vigilent, Nec se a sua ecclesia absentare presumant, nisi a nobis aut nostro officiali licentiam petierint et obtinuerint specialem. Contrarium facientes eadem sua ecclesia priuabimus iusticia mediante ac alias contra eos procedemus et punire volumus et intendimus. Item statuimus vt testes Sinodales in proxima Sinodo deputati coram nostro officiali compareant, de singulis, que correctione digna nouerint, relationem fidelem mediis eorum iuramentis corporaliter prestandis

Digitized by Google

facturi. Ac quod poſt ipſorum abſolutionem noui teſtes Sinodales, ſecundum ſenium in fraternitate Kalendarum, ac alias prout conſuetum fuit, in ſingulis diſtrictibus per totam dioceſim deputentur, pena arbitraria contra negligentes et rebelles proferenda. (Inſuper ſtatuit idem dominus noſter gracioſus, ſinguli ſacerdotes ſue dioceſis in ſuis teſtamentis loco portionis canonice eundem dominum noſtrum iuxta facultates ſuas debite recognoſcant et infra medium floren. ſibi minime aſſignent. Alioquin teſtamenta huiuſmodi minime approbare, ſed executionem bonorum ipſorum tanquam ab inteſtato decedentium ad ſe deuolutam eſſe declarat, vult et intendit.)

XXIII. Biſchof Johann von Havelberg beſtätigt das Havelbergſche Brevir, im Jahre 1511.

Johannes, Dei gratia epiſcopus Havelbergenſis etc. — Conuenit autem eccleſie ordinem non quemcunque ſecundum varietatem perſonarum ac clericorum variose, ſed ab omnibus equaliter cuſtodiri, vt ſic vnus et idem in pſallendo ordo in diuinis officiis teneatur. — Ea propter librum diuinorum officiorum, quem ſecundum ritum noſtre eccleſie Hauelbergenſis pro toto clero in pſallendis choris diligenter colligi, conſcribi ac examinari fecimus, in dei nomine de conſenſu noſtri capituli approbamus et approbando confirmamus. Monemus itaque et exhortamur in domino omnes et ſingulos presbyteros, curatos et non curatos, ac alios quoſcunque, qui ex ordine ſacro aut ratione titulorum beneficiorum ſuorum ad horas canonicas ſunt aſtricti, quibus in virtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo mandamus, eis nihilominus in remiſſionem peccaminum ſuorum iniungentes, quatenus preſentem ordinarium ſiue breuiarium diligenter acceptant et ſecundum ipſum horas canonicas deo gratanter perſoluant, et conformiter legant —. Datum Wittogk, in ſinodo noſtra epiſcopali, Anno domini Milleſimo quingenteſimo vndecimo celebrata, feria tertia poſt cantate, noſtro ſub ſigillo.

Das Brevir, welches beginnt: Ad honorem ſancte Marie virginis ſanctique Laurentii ceterorumque Patronorum in Hauelberg incipit breuiarium ſecundum rubricam Hauelbergenſem pro communi clero eiuſdem dioceſis — iſt im Jahre 1511 zu Magdeburg bei Jacob Winter im Druck erſchienen.

Digitized by Google

XXI.

Die Stadt Havelberg.

Während der Herausgabe dieses Werkes ist es gelungen, über die Stadt Havelberg, für deren Geschichte im Anfange (Bd. I., S. 24) nur höchst geringfügige Beiträge geliefert werden konnten, noch manche Nachrichten aufzufinden, welche über die ehemaligen äußern Verhältnisse und innern Einrichtungen der Stadt mehr Licht verbreiten und daher, als Fortsetzung und Ergänzung der in den Abschnitten I., XVIII. und XIX. zur Geschichte Havelbergs gelieferten Beiträge, der Mittheilung nicht unwerth erschienen dürften.

Rücksichtlich der äußern Verhältnisse der Stadt gehört dahin zuvörderst die in einer Urkunde vom Jahre 1318 überlieferte Nachricht, daß Havelberg damals, nebst dem übrigen in unmittelbarem Besitz der Markgrafen befindlich gewesenen Theile der Prignitz, eine Zeit lang den Grafen Günther von Henneberg als Herrn anerkannt hat, der die Stadt im Jahre 1318 der ihm geleisteten Huldigung wieder entließ (II., 264). Vermuthlich hatte der Markgraf Woldemar sie dem Grafen verpfändet. Hiernächst lief die Stadt Havelberg, zur Zeit der Besitznahme der Mark durch das Luxemburgische Haus, wiederum Gefahr der Mark Brandenburg entfremdet zu werden, da die Herzöge von Mecklenburg ihre Herrschaft über die Prignitz ausdrelteten. König Wenzel verschrieb im Jahre 1375 dem Herzoge Albrecht von Mecklenburg die Stadt Havelberg für den Fall, daß er Besitz davon genommen haben würde, nochmals zum Pfande. Endlich enthält ein altes zu Wismar aufgefundenes Manuscript die Notiz, daß die Stadt Havelberg im Jahre 1390 eine förmliche Belagerung durch die damals in großen Schaaren umherziehenden Kreuzfahrer erlitten habe. Diese Schaaren, die unter dem Schutze des Kreuzeszeichens, statt des heiligen Landes nur die Befriedigung ihrer Habsucht und ihrer Neigung zu einem bettelhaften Vagabondenleben erstrebten, fielen in großer Schaar von Mecklenburg her in die Prignitz ein; bettelten, raubten und plünderten bis in die Gegend der Stadt Havelberg, die ihnen ihre Thore verschloß und gegen die sie daher einen förmlichen Belagerungskrieg anhuben. Dieser fiel indessen günstig für die Stadt aus. Die Stadt widerstand nicht nur; sondern die Belagerer wurden auch völlig zerstreuet und auseinander getrieben. (Schröders papist. Meckl. 914.)

Vorzüglich beziehen sich unsere nachzutragenden Nachrichten aber auf die innern Verhältnisse und Einrichtungen Havelbergs, und unter diesen dürfte zunächst 1. was sich auf die kirchliche Verfassung, deren Aenderung in der Reformation, ferner auf die Schulanstalten, die Hospitäler und dergleichen fromme und milde Stiftungen bezieht; sodann 2. dasjenige, was in Beziehung auf die Gerechtsamen und Be-

Digitized by Google

sitzungen der Stadt und deren frühere Lage in politischer, financieller und gewerblicher Hinsicht daraus zu entnehmen ist, hervorgehoben werden.

1.

Die dem heiligen Laurentius gewidmete Pfarrkirche der Stadt Havelberg, die einzige in der Stadt, hat kein alterthümliches Ansehn. Sie erhielt ihre jetzige Gestalt besonders durch eine um die Mitte des vorigen Jahrhunderts vorgenommene bauliche Veränderung, bei welcher selbst mehrere Theile der Umfassungsmauern und sämmtliche inwendige Strebepfeiler vom Grunde aus erneuert werden mußten. Der Bau, der 1750 begann und die Stadtgemeine zwang, lange Zeit im Dome ihren Gottesdienst zu halten, wurde dadurch noch vergrößert, daß am 28. Juli 1752 ein Blitzstrahl in die dachlos stehende Kirche schlug, der die Decke und auch die Orgel zertrümmerte, (welche letztere im Jahre 1754 durch eine Orgel von Schulz in Neuruppin ersetzt wurde,) überhaupt großen Schaden anrichtete. Auch im Innern enthält die Kirche daher fast nichts Alterthümliches: der Leichenstein eines Hans von der Schulenburg, der 1537 starb, und seiner Gattin, so wie die Bildnisse zweier Bürgermeister Curdes, Vaters und Sohnes, aus demselben Jahrhundert, sind hier die einzigen Ueberreste der Vorzeit. Dennoch bestand die St Laurentiuskirche zu Havelberg wenigstens schon im Jahre 1340, in welchem Jahre der Kirche in einer Urkunde gedacht wird (Bd. I, 64). Sie ist vermuthlich vom Domcapitel gegründet, da dieses das Patronat der Kirche besaß, deren Pfarrstelle es in der Regel mit Gliedern des Convents besetzte oder durch einen Vicar oder Capellan verwalten ließ. Die Kirche wurde dann mit der Zeit, außer ihrem dem heiligen Laurentius geweihten Hochaltare, mit mehreren Nebenaltären durch fromme Widmungen und Vermächtnisse versehen. Im Jahre 1340 hatten Christian und Dieterich Lyppin, Bürger zu Havelberg, acht Morgen Landes Wieſewachses, zwischen der Havel und der Elbe gelegen, erkauft, um damit einen Altar in der Laurentiuskirche zu Ehren des heiligen Nicolaus und der Mutter Gottes auszustatten. Die Gebrüder, welche diese Oblation vornahmen, waren vermuthlich durch Handelsbetrieb zu Reichthum gelangt und daher dem Patron der Kaufleute und Seefahrer, dem heiligen Nicolaus, neben der Fürbitterin für Alle, der Mutter Maria, zu dieser Gabe des Dankes verpflichtet. Mit der Bestätigung, welche Markgraf Ludwig im Jahre 1340 für diese Stiftung ausfertigen ließ, erhielt auch zugleich die Bewidmung eines zweiten, in der Havelberger Pfarrkirche entstandenen Nebenaltares die landesherrliche Bestätigung, nämlich eines Altares zu Ehren der heiligen Jungfrau Katharina, dem von Heinrich Schönhein zwei Strecken Landes zugewandt waren. Bald hiernach fand eine dritte, noch bedeutendere Stiftung bei der Pfarrkirche statt. Die nachgelassene Wittwe des Bürgers Johann Rathenow zu Havelberg stiftete zu ihrem Seelenheil in das heilige Evangelisten Johannes Ehre ein geistliches Lehen, welches sie mit sieben Winspel Roggen jährlicher Hebungen aus den Dörfern Dalen, Sollenthin und Göricke bewidmete. Da die Gutsherrschaft über diese Dörfer dem Bisthume und Domcapitel angehörte, so wurde die Handlung im Jahre 1346 von Seiten dieser Prälaten bestätigt, welche sich dafür das Patronat oder das Collationsrecht des Lehens vorbehielten. Letzteres wurde auch anfangs wechselsweise vom Probste und Bischofe, später aber vom Probste und Capitel allein geübt. Durch die letztgedachte Stiftung entstand vermuthlich die Johanniscapelle, die mit der Pfarrkirche zusammenhangt.

Wenn aber auch nur von der Stiftung dieser drei geistlichen Lehen noch die Nachricht auf unsere Zeit gekommen ist, so darf darum doch nicht die Zahl der bei der Pfarrkirche ehemals bestandenen frommen Stiftungen als darauf beschränkt angenommen werden. Zur Zeit der Reformation bestanden deren vier Mal so viele. Das erste und bedeutendste war auch damals noch das Lehn St. Johannes des Evangelisten. Zu dieser Zeit besaß selbiges der katholisch gesinnte Domdechant Peter Conradi. Auch hatte das Lehn noch damals seine sieben Winspel Roggen zu heben; nur blieben die Pächte von dem Dorfe Dalen aus,

Digitized by Google

da dies eingegangen war und die Feldmark wüste lag. Ein zweites geistliches Lehn war der Altar Petri und Pauli. Es wurde wechselsweise vom Domcapitel und vom Stadtrathe verliehen. Der Inhaber war 1558 Johann Decker, die Einkünfte bestanden in 4 Mark Stendalsch und diese Hebungen flossen aus Capitalien, die theils beim Capitel, theils bei Privatleuten belegt waren. Das dritte Lehn war die oben erwähnte Stiftung St. Nicolai. Es hatte um diese Zeit keine Grundbesitzungen mehr, sondern bloß 4 Mark Stendalsch aus dem Ruthenzinse der Stadt jährlich zu erheben. Verleiher waren auch hier abwechselnd Domcapitel und Stadtrath. Ein viertes Lehn war von der Elendengilde gegründet und wurde auch von ihr verliehen. Es hatte acht Stücken Landes auf dem Brachfelde und einige Geldhebungen. Sämmtliche Einkünfte und Besitzungen waren jedoch schon im Jahre 1558 der Pfarre zugeschlagen. Ein fünftes Lehn bildete die Schustercommende. Es war von der Schustergilde gestiftet und wurde auch von ihr verliehen. Im Jahre 1558 stand der Altar unbesetzt. Die Ausstattung des geistlichen Amtes bestand in drei Mark Stendalsch. Dazu kam sechstens die Commenda horarum privatarum. Diese war ein sehr bedeutendes Lehn für drei Commendisten. Collatoren waren von einer Commende der Stadtrath, von der andern die Schöppen, von der dritten die Familie Churbes oder Cordes. Jeder der drei Commendisten hatte ein eignes Haus und Hebungen aus Sandow, Havelberg, Wilsnack und Perleberg von ausstehenden Capitalien, imgleichen aus Kammern und Kuhlhausen. Zwei dieser Commenden waren im Jahre 1558 besetzt, die eine besaß Jacob Böttker, die andere Thomas Ledige, die dritte vacirte. Siebentens besaß die Schneidergilde in der Pfarrkirche ein eigenes geistliches Lehn. Dasselbe hatte aber keine bestimmte Einnahmsquellen, sondern die Gilde selbst verzinste das dazu ausgesetzte Capital von 39 Mark Silber und jeder Jungmeister mußte der Gilde dazu 3 Mark hinzuthun. Auch mußte jeder Jungmeister 2 Pfund, jeder Lehrjunge aber 1 Pfund Wachs zum Gebrauche bei diesem Altare des Gewerkes liefern. Gleich diesen Gewerksaltären der Schuster und Schneider hatten auch die Fischkäufer einen Altar errichtet. Indessen hatten sie für den Altaristen nichts ausgesetzt. Nur gaben sie aus ihren Mitteln jeden Freitag nach Pfingsten gewisse Spenden vom Altare, nämlich jedem Armen 1 Pfenning, jedem Pfaffen 4 Pfenning und 1 Pfund Wachs zur Erleuchtung. Hiernächst findet in dem Visitationsprotokolle vom Jahre 1558 der Altar St. Katharinä Erwähnung, dessen Bewidmung oben angegeben ist. Es war an diesem Altare, dessen Grundbesitz inzwischen capitalisirt und in 57 Mark Silber dem Domcapitel dargeliehen war, vor Zeiten die Frühmesse gehalten, seit 1548 jedoch nicht mehr. Ein zehntes geistliches Lehn war ein Altar St. Jacobi. Verleiher waren die Knochenhauer oder Fleischer der Stadt. Der Commendist hatte ein eigenes Haus und jährlich als Zins von ausgethanen Capitalien 12 fl. Bei diesem guten Ertrage war es auch im Jahre 1558 noch besetzt und zwar mit einem Altaristen, Namens Heinrich Krapberg. Ein eilftes Lehn war zu Ehren der heiligen Magdalena errichtet und zwar von den Fischverkäufern. Johann Gandkow, zu Jerichow wohnhaft, besaß dasselbe. Ein zwölftes geistliches Lehn war das Lehn apostolorum mit vier Mark Silber, welches der Succentor Simon damals besaß. Besonders hatten sich hiernach die Gewerke wetteifernd bemüht, ihren Schutzpatronen in der Pfarrkirche Altäre zu weihen und eigne Geistliche ihrem Dienste und der Fürbitte für das Gedeihen ihres Gewerbes zu verbinden. Waren sie dazu nicht des Vermögens, so suchten sie wenigstens in anderer Weise sich der Fürbitten der Priester theilhaft zu machen. So hatten die Bäcker und Tuchmacher zwar keine eigene Altäre oder Commenden. Indessen gab die Bäckergilde dem Pfarrer jährlich 2 Schillinge und jeder Jungmeister gab 2 Pfund, jeder Lehrjunge ein Pfund Wachs zum Kirchengebrauche. Die Tuchmacher dagegen hielten von altersher vier Lichte in der Kirche mit 12 Pfund Wachs. Auch dazu mußten die Jungmeister und Lehrjungen das Ihrige beisteuern. Wurden aber durch diese Beiträge die 12 Pfund nicht aufgebracht; so mußte das Fehlende von der Gilde erkauft werden.

Digitized by Google

Diese große Anzahl von geistlichen Lehnen bei der Pfarrkirche mußte während der katholischen Zeit zu einer bedeutenden Menge von Geistlichen in der Stadt Havelberg hinführen. Freilich wurden damals oft mehrere geistliche Lehen auf eine Person gehäuft und residirten nicht alle Pfründner bei ihren Altären; doch die meisten Altäre hatten ihre eigenen residirenden Altaristen. Rechnet man nun 12 bis 15 Altaristen bei der Lorenzkirche, einen Pfarrer mit zwei Capellänen für den Hochaltar dieser Kirche, einen Capellan für jedes der vor der Reformation bestandenen drei Hospitäler, welche eigene Capellen hatten, und noch einen Capellan oder Altaristen für die Capelle des heiligen Kreuzes, welche bis zur Reformation auf dem Kleinen (Lüthken) Kirchhofe bestand, auch damals noch mit einem Capellan, Namens Johann Trekow, besetzt war und worüber die Familie Cordes das Patronat inne hatte, so dürfte die Zahl der in der katholischen Zeit mit dem Messehalten und mit der Seelsorge für die Stadt Havelberg beschäftigten Geistlichen wenigstens auf 20 Personen anzunehmen seyn. Die Last des Unterhaltes dieses zahlreichen Clerus fiel damals auf eine der Zahl nach geringere und in der gewerblichen Entwickelung viel weniger fortgeschrittene Bürgerschaft. Die kirchliche Reformation, welche jene Zahl auf zwei Geistliche reducirte, war daher auch in ökonomischer Beziehung eine sehr wichtige Veränderung.

Die kirchliche Reformation trat in der Stadt Havelberg zwar einige Jahre später ein, als in den meisten Städten der Mark Brandenburg, doch beträchtlich früher als im Dome, nämlich im Jahre 1545. Der erste Visitationsabschied, dessen Concept in der Registratur der K. Regierung zu Potsdam aufbewahrt wird, ist vom Montag nach Mathäi des eben genannten Jahres. Rücksichtlich des eigentlichen Gottesdienstes wurden die bisherigen Ceremonien größtentheils abgeschafft, die Messen und Vigilien nebst den Memorien für aufgehoben erklärt, und die Prediger angewiesen, Gottes Wort lauter und rein nach dem Evangelio zu predigen. Beibehalten wurden indeß die Lateinischen Kirchen-Gesänge und Responsorien. Diese fanden bei den Churfürstlichen Visitatoren Duldung und Beifall und machten daher noch lange Zeit einen Theil des öffentlichen Gottesdienstes aus, der größern Zahl der Gemeindeglieder unverständlich*).

Zugleich mit der Umgestaltung des Gottesdienstes durch die Reformation wurde für die Wahrnehmung der zu geistlichen Zwecken gewidmeten Einkünfte, so wie für die kirchlichen Ausgaben eine ganz neue Einrichtung begründet. Die Visitatoren ließen einen sogenannten gemeinen Kasten anfertigen, der mit vier Schlössern versehen war und in der Kirche an einer solchen Stelle placirt wurde, wo die ganze Gemeinde, sowohl beim Eintritt in die Kirche vorüberging, als auch, wenn sie in der Kirche versammelt war, es sehen konnte, wenn etwas durch die im Deckel befindliche schmale Oeffnung in den Kasten eingeworfen wurde. Die Einkünfte dieses Kastens wurden theils von milden Gaben erwartet, theils von den stehenden Einkommensquellen, welche den Altären, Commenden, Memorien und andern Stiftungen in der katholischen Zeit gewidmet waren. In Beziehung auf das aus frommen Oblationen zu erwartende Einkommen wurde den Predigern zur Pflicht gemacht, sowohl bei der Predigt an Sonn- und Festtagen von der Kanzel ihre Pfarrkinder, als auch bei Begräbnissen das Gefolge der Leiche, zu milden Gaben fleißig zu ermuntern, und den Kirchenvorstehern die Verbindlichkeit aufgelegt, die Einsammlung dieser milden Gaben mittelst zweier an Sonn- und Festtagen in der Kirche umher zu tragenden Seckel, der sogenannten

*) Die Visitations-Abschiede von 1573 und 1600 verordneten sogar noch eigens „die Christliche löbliche Lateinische Gesänge, Antiphona und Responsoria de tempore, welche in göttlicher heiliger Schrift gegründet und durch die Alten dar ausgezogen, bey der Kirche bleiben zu lassen". — Der Cantor hatte große Mühe, diese Lateinischen Gesänge, wie ihm oblag, der des Lateinischen unkundigen Schuljugend einzuüben. „Der Cantor," heißt es in der angeführten Verordnung vom Jahre 1600, „soll dieselben in der Schulen anschreiben und den Knaben mit Fleiß vorsingen — auch die Schüler vor den Thüren oder in der Currenda, damit sie von andern Bettlern unterschieden werden können, dieselben singen". Erst beinahe hundert Jahre später wurden die Lateinischen Gesänge abgeschafft.

Digitized by Google

Klingebeutel, und bei Leichenbegängnissen durch Ausstellung von Becken, zu bewerkstelligen, das Eingesammelte aber unter den Augen der Gemeinde in den Kasten einzuschütten. Auch wurde im Jahre 1573 die Anordnung getroffen, daß die Vorsteher des Kastens mit einer eisernen Büchse in alle Gasthäuser schicken sollten und die angekommenen Fremden um milde Gaben bitten lassen, imgleichen daß diese Büchse bei Hochzeiten und Gastgeboten den Gästen präsentirt wurde. — In Beziehung auf das dem Kasten zu widmende Einkommen aus den geistlichen Stiftungen wurden die Hebungen aller Altäre, Commenden, Memorien, Vigilien und sonstigen Messen, der religiösen Brüderschaften und der Altäre in den Hospitälern, so wie auch die eigenthümlichen Einkünfte, welche die Laurentinskirche bis dahin gehabt, dem Kasten zugeschlagen. Die Einkünfte der im Jahre 1545 noch verliehenen und besetzten geistlichen Lehen konnten zwar deren rechtmäßigen Inhabern nicht sogleich entzogen werden, sondern wurden diesen für ihre Lebenszeit noch belassen. Damit aber inzwischen dennoch die Mittel zu den aus dem Kasten zu bestreitenden Ausgaben aufgebracht werden könnten, wurde den Besitzern dieser Lehne in Rücksicht darauf, daß die ihnen für den Genuß ihrer Pfründe obliegenden persönlichen Leistungen ganz wegfielen, ein gewisser jährlicher Geldbeitrag zu den Einkünften des Kastens unter dem Namen des Officiantengeldes aufgelegt. Dem so zusammengebrachten Einkommen des gemeinen Kastens wurde die Bestimmung gegeben, als Fonds 1, für die Besoldung von Kirchen- und Schuldienern, dann 2. zur Bestreitung der Kosten für den Unterhalt der Kirchengebäude und der sonstigen Bedürfnisse der Kirche und 3. zur Verpflegung der armen und gebrechlichen Gemeindeglieder zu dienen. Von diesen Zwecken hörte jedoch frühzeitig der letzte auf, da das Einkommen des gemeinen Kastens unzureichend war, um neben der Erfüllung seiner übrigen Zwecke auch die Armen genügend zu versorgen, für welche daher ein eigener Armenkasten errichtet werden mußte. Der gemeine Kasten, welcher mit der Zeit den Namen Kirchen-Kasse erhielt, wurde in neuerer Zeit ausschließlich nur zur Besoldung der Prediger, Schullehrer und Kirchendiener, zur Bezahlung des Weines und Brodtes für die Communion und zum Unterhalte der Kirchen- und geistlichen Gebäude benutzt. Die Verwaltung dieser Kasse geschah nach der ursprünglichen Einrichtung so, daß von den vier Schlüsseln der Pfarrer einen und der Rath einen und von den beiden übrigen Schlüsseln die beiden Kirchenvorsteher aus dem Rath den dritten und die beiden Kirchenvorsteher aus der Gemeinde den vierten Schlüssel aufbewahrten. Die Eröffnung des Kastens konnte nur mittelst aller vier Schlüssel geschehen und dabei mußten, außer dem Pfarrer und allen vier Kirchenvorstehern, die Bürgermeister und der Stadtsecretair gegenwärtig seyn. Dem Stadtsecretair lag es ob, über Einnahmen und Ausgaben des gemeinen Kastens ordentlich Buch und Rechnung zu führen. In der Folge wurde jedoch für die Verwaltung der Kirchencasse ein eigener Rendant angestellt.

Nach der Vollführung der ersten Reformations-Einrichtungen im Jahre 1545 kamen noch zu wiederholten Malen Churfürstliche Visitatoren nach Havelberg, um sich von der Beobachtung der getroffenen Einrichtungen zu überzeugen, obwohl das Domcapitel, als Patron der Kirche, das Recht des Churfürsten in Abrede nahm, in Kirchen, die unter dem Patronate des Capitels ständen, Visitationen vorzunehmen. Namentlich wurden im Jahre 1558 von Neuem Churfürstl. Visitatoren nach Havelberg abgeordnet, um zu sehen, ob die Churfürstliche Kirchenordnung ordentlich gehalten, der Gemeinde Gottes Wort rein und lauter gepredigt, auch die heiligen Sacramente nach Christi Einsetzung verreicht würden, desgleichen die Kirchendiener ihren ordentlichen Unterhalt erhalten hätten. Die angekommenen Visitatoren beriefen daher den Rath und sämmtliche Kirchendiener mit den Vorstehern des Kastens zu einer Zusammenkunft, worin der Abschied von 1545 vorgenommen, die Einwendungen dagegen gehört und die Veränderungen, die sich inzwischen begeben hatten, angemerkt wurden. Zu ihrer Freude fanden hier die Visitatoren die seltene Erscheinung, daß Rath und Geistlichkeit völlig einträchtig mit einander sich die Hand geboten hatten, dem

Digitized by Google

IV. Vom Kindtauffen Alhier. 1. Nach dem alhier der Böſe gebrauch eingeriſſen, daſs bey annahender Gebuhrtsſtunde nicht nur die negſt Befreundte, ſondern auch alle beſchwägerte, und andere Unzehliche Frauen, fürnehmlich zur Nachtzeit, mit ungeſtümes anpochen verboten worden, dadurch offtmahls den Leuten ſonderlich bey Nachtzeit ein ſchrecken, Ob wehre etwa ein Feuer, oder ſonſten Unglück vorhanden, eingeleget wirdt; So ſollen hinführo ſo wol bey tage als Nachtzeiten nicht mehr denn Acht Perſonen, Alſs Mutter, Schweſter, die allernegſte Anuerwandten, vndt Nachbahren bey Einen Thaler ſtraffe erfordert vndt verboten werden. 2. Denenſelbigen Frauen, ſo in Kindesnöthen der Kreyſerin beygewohnet, ſollen die im erſten und andern Grad nur Butter und Keſe, Einen Trunck Wein und Bier, bey Zwey Thaler ſtraffe, die im Dritten und Vierten nur Butter vndt Keſe, und Hauelbergiſch Bier Bey Einen Thaler ſtraffe auffetzen. 3. Zu denen in der Ehe erzeugeten Kindern ſollen hinforth nur Drey Geuattern, zu denen auſser der Ehe erzielten Kindern aber nur Zwei Gezeugen, bey ſtraffe Zwey Thaler gebethen werden. 4. Wann daſs Kindt getauffet werden ſol, welches des Sontages nach vollendeter letzten Predigt, vndt in andern tägen umb 1 Uhr nach Mittage geſchichet, träget ſolches hinfordt nur die Wehemutter in die Kirche, und wirdt von keiner Frauen mehr begleitet, bey ſtraffe Einen Thaler. 5. Von denen Geuattern ſol zum högſten über einen Ducaten zum Patenpfenning nicht gegeben werden. 6. Geſtalt dann auch die Gaſtmahle bey denn Kindtäuffen und kirchgängen gentzlich abgeſchaffet ſein ſollen, es wehren dann frembde Geuattern vorhanden: auf ſolchen fall mögen dieſelbe zuſambt den Neben-Geuattern, und negſten Anuerwandten. Jedoch nicht über Zehn Perſonen, mit einer Mahlzeit tractiret werden: wer hierwieder thuet, ſoll dem Rathe mit fünff thaler ſtraffe verfallen ſeyn. 7. Eſs ſoll auch das Kuchen und Semmelſchicken Bey ſtraffe Zwey thaler gäntzlich verboten ſein. 8. Wann die Kinderbetterin, nach vollendeten Sechswochen Zur Kirchen gehen wil, ſol dieſelbe hinfurth nicht mehr mit ſolchem groſen Comitat, wie bishero üblich geweſen, vndt zu nirgendts dann zu nnnötiegen unkoſten dienet, ſondern alleine mit einer ihrer Anuerwandten, des Söntages ehe die Predigt angehet, die Jenigen aber, ſo vor der Prieſterlichen Copulation ſich fleiſchlich vermiſchet, des Donnerſtages, alles bey ſtraffe Einen thaler, eingeführet werden, vnd nach Ihren eigen kirchenſtand gehen. 9. Damit aber die Herrn Geiſtlichen ſich nicht zu beſchweren haben, daſs Ihnen an ihren accidentien etwas abgehen, So ſollen die im Erſten und andern Grad Ihnen anſtaadt des Opfer-Pfennigs Zwölff groſchen, im Dritten Sechs groſchen, und im Vierten Drey groſchen entrichten. 10. Im gleichen wirdt dem kirchner vom Erſten und andern grad Drey groſchen, vom Dritten Zwey groſchen, und Vierten Einen groſchen gegeben 11. Alldieweil auch dieſer böſer gebrauch faſt eingeführet werden wollen, daſs eines Theils, nach welchen daſs Kind genennet, ein und wol mehr Pathen Röcke und dergleichen verehret, welches offte hoch angelauffen, Als ſoll ſolcher unrath hiermit gentzlich abgethan, und keinem, nach welchen daſs Kind genennet, Bey fünff Thaler ſtraffe vergönnet ſein, etwaſs über den Patenpfenning den Kinde Zu verehren.

V. Von Begräbnüffen. 1. Die Begräbnüſsen ſollen Chriſtlicher Ordnung nach Ehrlich und ſchleunig ſo viel möglich verrichtet, undt dahey aller überfluſs vndt Schenckung an Schleyer, Binden und dergleichenn, Bey vermeidung willkürlicher ſtraffe, vermeidet werden. 2. Wann für den Thüren ſonderliche Muteten Zuſingen begehret wirdt, ſol den Schuel-Collegen ingeſambt Achtzehen groſchen gegeben werden. 3. Der Kirchen wirdt für daſs gantze geleute Einen thaler Zwolff groſchen, vor das halbe geleute nur Zwolff groſchen gegeben. 4. Der Todtengraber Bekompt im Winter, wen das Erdtreich gefrohren, vor ein groſses grab Zwölff groſchen und vor ein kleines Acht groſchen, Im Sommer

Digitized by Google

aber vor ein großes Acht groſchen, und vor ein kleines Vier groſchen und ſol über dem kein Eſſen, oder Trincken fodern. 5. Es ſol keinem vergönnet ſeyn, Bey vermeidung willkührlicher ſtraffe, zu bewachung der Leiche etzliche Perſohnen zu verbitten: wil er aber dieſelbe, damit ſie unbeſchädiget bleibe, verwahren laſſenn, kan er Ein oder Zwo Perſohnen ümb die gebühr darzu vermögen. 6. Alldieweil auch bishero ein groſer Miſsbrauch entſtanden, daſs nach beſchener Begräbnüſs nicht nur die Fremde, ſondern auch die Träger undt andere mehr zur Malzeit gebethen, wo durch den Leidttragenden groſse ungelegenheit und Uncoſten zugezogen werden; Alſs ſollen ſolche Traurmahle gäntzlich abgeſchaffet ſeyn, alſo daſs Keiner nach der Sepultur forthin gebethen werden ſoll, Eſs wehre dann ſache, daſs frembde Leuthe auſser der Stadt dem Verſtorbenen die Letzte Ehre bezeiget, vndt anhero Kommenn, denen zur Gefelſchafft und Tröſtlicher unterredung mag er die Herrn Geiſtliche, wie auch Vater undt Mutter, oder in deren mangelung derſelben Brüder und Schweſter, und ſo viel an einem Tiſch nur Zu ſetzen, daneben Bitten. Wer darwieder handelt, ſol für Jede Perſon Einen Thaler ſtraffe geben.

Nach einer Copie des K. Geh. Miniſterial-Geſammt-Archives.

Digitized by Google

XXII.

Vermischte die Prignitz betreffende Urkunden.*)

I. Des Erzbischofes Wichmann von Magdeburg Bestätigung des Stifts Jericho, mit eingeschalteter Erzählung von den Verhältnissen desselben seit seiner Gründung, vom Jahre 1172.

In nomine sancte et individue trinitatis, Wichmannus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus. Quoniam annuente Domino sancte dei ecclesie pastorali auctoritate presumus, omnibus Christi fidelibus sed maxime sancte religionis professoribus consilium et pietatis officium impendere debemus. Hujus rei gratia petitioni fratrum nostrorum in Jericho libenter annuentes causam eorum presenti scripto explicamus, quorum utique congregationem, etsi nostris interjaceat possessionibus, cum omni tamen iure, tam temporalium suorum quam spiritualium, ad Hauelbergensem ecclesiam pertinere sane recognoscimus, cui non solum de suis annuere, verum etiam de nostris nos conuenit solatium prestare. Vt ergo hinc certius innotescat omnibus, quam rectam in hac re consideracionem habeamus, utile autumamus, si de prima fundatione congregationis altius aliquid repetamus. Occiso quippe a Thietmarsienſibus glorioso Comite de Staden Rodolfo, Marchionis Rodvlfi filio, Dominus Hartuigus, frater eiusdem occisi principis, Bremensis ecclesie primo summus prepositus postea vero Archiepiscopus, nec non religiosa et Deo deuota mater illorum, Domina Richardis, ipsam congregationem fratrum, priusquam Magdeburgensem ecclesiam castri sui Jericho et pertinentiarum ejus heredem fecissent, pro sua suorumque recordatione et salute instituerunt, fundantes eam in parochiali ecclesia ante Castellum Jericho posita et contradentes inuestituram ejus coram Domino Conrado rege in civitate Magdeburg Hauelbergensi ecclesie, ubi et Albertus Marchio et filius suus Otto suscepterunt eandem congregationem sub suam defensionem. Cum autem fratres ibi per ali-

*) Ein Theil der folgenden Urkunden ist bei den früheren Abschnitten dieses Werkes, obwohl er dahin gehört, unberücksichtigt geblieben, weil selbiger erst später aufgefunden ist. Ein anderer Theil ist zwar in den Abhandlungen berücksichtigt, aber früher nicht mitgetheilt, weil selbiger in anderen Werken bereits abgedruckt war, und der Herausgeber erst später den Plan dieser Sammlung dahin erweiterte, auch die in älteren und selten gewordenen Geschichtswerken bereits mitgetheilten Urkunden hier nochmals abdrucken zu lassen. Der größte Theil der nachfolgenden Sammlung aber besteht aus solchen, bis jetzt nicht bekannt gewordenen Urkunden, welche sich den früheren Abschnitten nicht passend unterordnen ließen.

Digitized by Google

quot annos manſiſſent, ſed locus ille religioni minus commodus eſſet, Dominus Anfelmus, Hanelbergenſis eccleſie in tempore illo venerabilis Epiſcopus, longe antequam ad Rauennatis Archiepiſcopatus culmen transſumptus eſſet, tam magnum eorum correxit incommodum per Dominum Fridericum Archiepiſcopum, noſtrum videlicet in Magdeburgenſi eccleſia predeceſſorem, et per Henricum et Rodolfum de Jericho, duos fratres, illi quippe ipſum caſtrum ſicut primitus ex beneficio Domini Hartuici, ita poſtmodum ex auctoritate Magdeburgenſis eccleſie poſſidebant, quibus et Otto Marchio poſt obitum patris Adnocatiam clauſtri, quatenus exinde fratribus majoris beneuolentie debitores exiſterent, conceſſit. Ad beneuolentiam ergo per Epiſcopum Anfelmum inclinati, fauente nimirum huic negotio vitrico eorum Hartmanno et exhortante chriſtianiſſima eorum matre Gudela, fratribus primo agros ville contiguos, quos hodie poſſident, dederunt, deinde vero locum ejus extra villam addiderunt, ubi manſionem quietam magis et ſecretam ac priori omnino commodiorem habentes, templum cum clauſtro, ſicut re ipſa apparet, exſtruxerunt. Sic itaque poſſeſſio clauſtri a ſeptentrionali latere ville circa lacum, qui Clincus dicitur, incipit et ſecus curſum ejusdem amnis littus continue girans uſque ad terminos adjacentis villule, que Steuitz*) dicitur ad orientem portendit, abinde vero aduerſus meridiem infra limites ſibi deſignatas reflexa uſque ad villam Jericho, a qua ceperat, redit et deſinit. Superaddiderunt quoque fratribus pratum quoddam inter prata civium ſupra littus Albis ſitum et ſuis hodie terminuis per longum et latum euidenter deſignatum, quatenus pro his et aliis ſuis erga clauſtrum meritis, ipſis ſimul cum patre ſuo Alberto et matre Gudela et vitrico Hartmanno et preclariſſimis Dominis ſuis, magnifico viro Marchione Rodolfo et venerabili ejus conjuge Domina Richarde eorundemque filiis Hartuico ſcilicet Bremenſi Archiepiſcopo, Rodolfo quoque et Vdone permagnis principibus et cum omnibus proximis ſuis piam recordationem et eternam cum piis obtinerent ſalutem. Quia vero Dominus Hartuicus et mater ejus ſub ipſo jam demum tempore caſtrum ſuum Jericho cum aliis ſuis patrimoniis juri Magdeburgenſis eccleſie preter jam dictam parochiam mancipauerant, fratres prenominatam poſſeſſionem de manu domini Friderici Archiepiſcopi, noſtri ſcilicet predeceſſoris, ad ſuos perpetuos uſus mediante domino Anfelmo Epiſcopo ſuo cum Aduocatis ſuis Henrico et Rodolfo ſuſceperunt, et Magdeburgenſi eccleſie XI manſos in villa ſua, que Nizekendorp vel alio nomine Gerdekin dicitur, ſub concambii viciſſitudine reſtituerunt. Nos igitur ſuper his omnibus predictis rationabile factum priorum recolentes, approbemus concambium illud et ratum ducimus, et ut utrobique inuiolabili firmitate conſiſtat decernimus. Preterea confirmamus eisdem feruis dei octauam partem ville Buck cum pratis et pertinentiis ſuis, que predictus vitricus et mater prefatorum germanorum legitima emptione poſſeſſa fratribus pro animabus ſuis poſſidenda contradiderunt. Cui rei ut rata eſſet illi pariter aſſenſerunt, quin etiam poſtremo omnem querelam, quam aliqui aduerſus clauſtrum ex quacunque occaſione ſeu pro manſis ſeu decimis mouere ceperant, in manu domini Walonis Hauelbergenſis Epiſcopi coram Domino Wolmaro Brandeburgenſi Epiſcopo et Domino Ottone Marchione et coram multis aliis fidelibus teſtibus, depoſuerunt, et ut fratres deinceps quieto et irrefragabili jure poſſiderent unanimiter reſignauerunt. Super hec autem ſpecialiter expreſſa confirmamus uniuerſaliter eisdem fratribus ad quiete poſſeſſionis perpetuam facultatem omnia ſimul, que hodie ex prima principum, qui clauſtrum idem fundauerant, largitione poſſident, hoc eſt in villa Jericho parochialem, ut dictum eſt, eccleſiam, cum omni juſtitia ſua villam quoque Wulkow et parochialem in ea eccleſiam cum manſo uno in villa Brift et cum omni jure ſuo, Itemque aliam villam que Slauica Wulkow dicitur et prenominatam nichilominus villam

*) Buchholtz: Steniſſe, Gerdeu: Stemſe.

Digitized by Google

Nizekendorp, exceptis in ea XI. manſis ad concamblum ut jam diximus aſſignatis, unum quoque manſum ſitum in Schollene iuxta fluuium Bodam ſolventem X ſolidos. Preterea firma ſint eis beneficia Domini Anfelmi Epiſcopi ſui, quibus prebendam eorum adauxit, dans eis curtem infra vallum antiquum Kabeliz poſitam, itemque villam proxime adjacentem, que ſimiliter Kabeliz appellatur, quarum utramque deinde ſucceſſor ſuus Dominus Walo illis in prebendam confirmauit, addens et ipſis predictis beneficiis villam ſuam que Vifica*) dicitur. Hec igitur cuncta, ſicut ſuperius comprehenſa ſunt, cum omnibus pertinentiis ſuis, redditibus, decimis, pratis, paſcuis, aquis, ſiluis et ſeruitiis, libere poſſideant; tria quoque molendina in littore Albis fluuii cum facultate ibidem piſcandi habeant. Que omnia ut tam ad futurorum quam preſentium notitiam perueniant, huic pagine inſeruimus, et ut inconuulſa famulis Dei permaneant, banno beatorum apoſtolorum Petri et Pauli et auctoritate Sancte Romane eccleſie nec non noſtre humilitatis priuilegio eis confirmamus. Omnibus ergo bone voluntatis ergo prenominatum locum exiſtentibus eumque fuiul et jura ejus ab injuria defendentibus gratia et pax in preſenti multiplicetur et in futura vita eterna ſuper erogetur. Qui vero eum maligne perturbauerint et a quiete ſeu profectu ſuo deficere fecerint, ipſi, niſi digne reatum ſuum emendauerint, ſicut fumus deficient, et ſicut fluit cera a facie ignis, ſic e facie dei cum peccatoribus in eternum pereant amen. Hujus rei teſtes ſunt: Walo Hauelbergenſis Epiſcopus, Wolmarus Brandenburgenſis Epiſcopus, Sifridus Nienburgenſis abbas, Rokerus majoris eccleſie prepoſitus, Heidenricus Hallenſis prepoſitus, Gunterus de gratia Dei prepoſitus, Hupertus**) Hauelbergenſis prepoſitus, Reinerus prepoſitus de Liezeka, Sifridus Decanus, Heinricus prepoſitus eccleſie S. Sebaſtiani, Balderamus eccleſie beate Marie prepoſitus, Albertus, Gero, Conradus, Ulricus et Conradus, Magdeburgenſis eccleſie Canonici. De laicis vero Otto Marchio Brandenburgenſis, cum filiis ſuis Ottone et Hinrico, Burchardus Burgrauius de Magdeburg, Theodoricus de Wichmannsdorp, Sifridus Burgrauius de Arneborch, Bruno de Siersleue, Bruno de Gersleue; de Miniſterialibus quoque Magdeburgenſis eccleſie Hinricus de Jercho cum filio ſuo Alberto et fratre ſuo Rodolfo, Conradus Scultetus de Magdeburg, Richardus et Conradus de Alsleue et alii quam plures. Acta ſunt autem hec in ciuitate Magdeburgenſi, anno dominice incarnationis M°. C°. LXXII.; Epacta XXIII., Indictione II., Concurrente IV., regnante Domino Frederico glorioſiſſimo Romanorum imperatore ſemper auguſto feliciter amen.

Nach einer Copie des Geh. Staats-Archives aus dem 15. Jahrhunderte. Fehlerhaft in Buchholtz Geſch. der Churm. Br. Thl. IV., S. 19. Gercken's Cod. VII, S. 10—15.

II. Papſt Clemens III. beſtätigt dem Bisthume Schwerin ſeine Diöceſe und ſeine Beſitzungen im Jahre 1189.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Bernoni, Megapolitanae Eccleſiae Epiſcopo etc. — tu venerabilis in chriſto frater, Epiſcope Berno, ad praedicandum paganis et ſeminandum verbum fidei inſtitutus, expoſuiſti te ipſum laboribus et — periculis et in anxietatibus multis ſparſiſti ſemen Divinum, et erogaſti talentum tibi creditum ad uſuram, et gentes plurimas, quae

*) Mſpt.: Siuica. **) Mſpt.: Hunbertus, Buchholtz: Rupertus.

Digitized by Google

ignorabant Deum, veritatis lumine illuſtrati et reduxiſti ad cultum Dei, quae antea captivae laqueis Diaboli tenebantur. Nunc igitur, quoniam a ſede Apoſtolica poſtulaſti, ut Epiſcopalem ſedem in loco, qui dicitur Suerin, authoritate ſacroſanctae Romanae, cui Deo authore praeſidemus, Eccleſiae confirmemus, nos tuae poſtulationi grato concurrentes aſſenſu, ad exemplar felicis memoriae Alexandri et Urbani Romanorum Pontificum, Praedeceſſorum noſtrorum, Pontificalem cathedram in eodem loco manere ſtatuimus et ei ſubſcripta loca dioceſana lege futuris deinceps temporibus decrevimus ſubjacere. Clauſtra et Eccleſias aedificatas et aedificandas per provincias Ducis Henrici, quarum una, quae Mikelenborch nuncupatur, tendit usque ad provinciam, quae Dicitur Bretzen, usque in mare, et sic juxta maritimam pervenit terminus Epiſcopalis usque ad rivam (ruiam?), Ariva (ruia?) autem usque ad Penum fluvium, ubi idem fluit in mare, Inde vero usque Wolgaſt, et a Wolgaſt Penum Fluvium ſurſum verſus usque Miſereth, ipſam terram Miſereth usque Plote includens, et terram Plote totam usque Tolentz, Ipſam Provinciam Tolentz cum omnibus inſulis ſuis totam includens; A Tolentz vero ad ſilvam, quae dicitur Beſut, quae diſtinguit terras Havelberge ſcilicet et Möritz, Tandem quoque terram Möritz et Veprouue cum omnibus terminis ſuis ad terram, quae Warnovve vocatur, includens, et terram Warnouve cum omnibus terminis ſuis, ex utraque parte Fluminis, quod Eldena dicitur, usque ad caſtrum quod Grabou nuncupatur, ipſum Flumen tranſiens ibidem, tendit ad Fluvium qui dicitur Sudin, comprehendendo omnia attinentia Provinciis Suerinenſ. Et ab hoc fluvio procedunt termini ſecundum diſtinctionem Provinciarum Ratzeburg et Suerin, usque ad Brezen. Ex praedicti Ducis donc ſecundum diſtinctionem ipſius partem cinitatis Suerin, a domo piſcatoris cujusdam, cui nomen erat Snk, ad vetus Cemiterium directe tendentem et idem tranſeuntem usque in Scalam, cujus medietatem includit, et ultra paludem eidem ſealae proximam, totam inſulam et molendinum a civitate in parte aquilonis ſitum et parrochiam praedictae civitatis cum omni jure; Quinque villas in parochia Suerin, Meduvete, Wichendorp, Hontorp, Rampe et Wotekitz nuncupatas; Ex altera parte Albiae tres villas et in Sadelbandia unam villam Boriſt, et in terra, quae dicitur Breſen, duas villas. Inſulam quae dicitur Liptz et duas villas Clutze et Galanze et caſtrum Buttofou cum terra sibi attinenti et octo villas in Mikelenborch, quas Pribislaus cum omni jure in Butfouue commtavit, Quarum nomina ſunt haec Notzebul, Warin, Glambeke, Coleunc, duas Maackmaſe vocatas, Nubintze, Dargumesle et omnes villas terrae, quae dicitur nona (noua?) cum omni jure in Butzonvve commutatas a Pribislao a Butzouve in utraque parte aquae, quae Nebula dicitur, usque ad terram quae Tribedent vocatur, a Butfou autem ſurſum verſus aquam, quae dicitur Warnove ad locum, qui Slup nominatur, et terram adjacentem Butfauve, Werle dictam, usque ad fluvios Tithmenteke, Zarnouve dictos cum omni jure, Doberan vero et totam terram Gobantze ſpectantem, in terra Kytin duas villas, villam ſancti Godehardi ſcilicet et aliam huic adjacentem cum omni jure, ex dono Catemari Chriſtianiſſimi Principis in Bard duas villas cum omni jure et utilitate et terram eidem adjacentem, Pitne dictam, cum omni jure, duas villas prope Demmin Woteneke et aliam adjacentem et locum Dargun dictum, in quo tu Frater Epiſcope Coenobium fundaviſti, et duas villas in Circipene, Unam villam in Moritz et unam in Warnou, et omnem decimam per totum Epiſcopatum. — Datum Laterani, per manum Moyſis, ſanctae Romanae Eccleſiae ſubdiaconi vicem agentis Cancellarii, ſecundo Kalend; Octobr., Indictione Octava, incarnationis Dominicae anno MCLXXXVIIII., Pontificatus vero Domini Clementis papae III. anno ſecundo.

Vollſtändig in Schröder's Papſt. Mecklenburg p. 2899—2902. Vgl. den Stiftungsbrief von Havelberg, B. II. S. 435.

Digitized by Google

III. Gleichzeitige Notiz über die Conſecration der Kirche zu Schönhauſen durch Biſchof Sigbodo von Havelberg, vom Jahre 1212.

Anno Dominice incarnationis M. CC. XII. VII. Idus Nouembris conſecrata eſt Eccleſia in Sconehuſen in honore Sancte Dei genitricis Marie et Sancti Willebrordi a venerabili Sigebodone, Hauelbergenſi Epiſcopo. Continentur in ſummo altari reliquie ſanctorum Thebeorum martirum, Sebaſtiani martiris, Conſtantii Epiſcopi et Martiris, Egidii Abbatis, Albani martiris, Willebrordi confeſſoris et aliorum Martirum, Confeſſorum etc.

Nach einem im Altare zu Schönhauſen im J. 1712 aufgefundenen alten Pergamente, in Beckmann Beſchr. d. Churm. V., 1. V., 63. und Küſters Antiqu. Tang. 166 abgedruckt.

IV. Gleichzeitige Notiz über die Conſecration der Kirche zu Haſſel durch Biſchof Wilhelm von Havelberg, vom Jahre 1230.

Anno Incarnacionis Dominice M. CC. XXX. dedicata eſt hec eccleſia a Domino Wilhelmo Hauelbergenſi Epiſcopo conſenciente venerabili Domino Friderico Halberſtadienſi Epiſcopo. Continentur reliquie Johannis Baptiſte, Nicolai Epiſcopi con., Marie Magdalene, Godehardi epiſcopi con. Stephani prothomartiris et aliorum Sanctorum.

Nach einem in dem abgebrochenen Altare der Kirche zu Haſſel gefundenen Pergamente, in Beckmann Beſchreib. d. Churm. Br. V., I., II., Sp. 264 abgedruckt.

V. Nicolaus, Herr von Roſtock, ſchenkt dem Kloſter Kampen am Rhein, 50 Huſen Landes mit dem See Cotze, im Jahre 1232.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Ego nicolauſ, dominuſ de rozſtoc, omnibuſ in perpetuum Notum facimuſ, quod noſ pro ſalute noſtra nec non anteceſſorum noſtrorum venerabilibuſ fratribuſ eccleſie Campenſis, ciſtercienſiſ ordiniſ, quinquaginta manſoſ cum ſtagno Cotze ab omni iure ſecularit poteſtatis exemptoſ — contulimuſ perpetuo poſſidendoſ —. Acta ſunt hec anno gratie M°. CC°. XXIII°. III°. kal. Jan. Indict. VI. regnante friderico glorioſo Romanorum imperatore. Datum Gnzſtrowe per manum conradi ſcriptoris.

Alle ausgelaſſenen Stellen dieſer Urkunde ſtimmen wörtlich mit der Band I., S. 445 mitgetheilten Urkunde des Fürſten Nicolaus überein, auch die Zeugen ſind dieſelben, nur daß für den dort genannten Heinricus de dudinge hier ein gewiſſer Bartholdus ohne Beinamen erwähnt iſt. Beiden Urkunden lag eine und dieſelbe Form zu Grunde. Die Abdrücke dieſer Urkunde in Küſters Opuſcul. coll. XIII., 101. und Ludewig Reliqu. Mſpt. VIII., 318. ſind fehlerhaft.

Digitized by Google

VI. Heinrich und Bernhard, Grafen von Dannenberg, befreien die Lübecker von allen Abgaben zu Dannenberg, Dömitz, Lenzen und in ihrem übrigen Gebiete, im Jahre 1237.

In nomine ſancte et individue trinitatis, amen. Heinricus et Bernhardus, dei gratia Comites in dannenberghe. Omnibus hoc ſcriptum inſpecturis in perpetuum. Univerſa negocia, que ſtare cupiunt in statu ſolido, litterarum ſiunt a testimonio firmiora. Cognoscat itaque presens etas et ſciat poſtera, quod nos libero arbitrio noſtro ob reuerenciam ihesu chriſti eiusque beate uirginis Matris Marie et ob fauorem et affectum, quo circa ciues ducimur lubicenſes, Damus et concedimus eisdem ciuibus lubicenſibus talem uidelicet libertatem, ut Dannenberghe et domeliz, lentzen et ubique in jurisditione et dominio noſtrorum, liberi ab omni exactione exiſtant, fecure ueniendo et redeundo, dummodo iuſtum ſolvant theloneum. Et ut hec donatio ſtabilis ſemper et inconuulſa permaneat, nec vnquam a noſtris poſſit deleri ſucceſſoribus, preſentem paginam fecimus figillis noſtris communiri. Huius rei teſtes ſunt: Arnoldus de tramme miles (et) ceteri milites; beertwich de hoc, Rychardus de Wlmerſen, Reinboldus de Wlmerſen, Gerhardus de bezmere, Erneſtus de dannenberghe, Mercatores; Martinus aduocatus in Dannenberghe, Johannes theoloncarius in domeliz et alij quam plures. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M°CC°XXXVII. Datum in Lubek, XI Kal. Jvlji.

Nach der Lübecker Urkunden-Sammlung I, LXXVIII.

VII. Die Gebrüder Johann und Gebhard von Plote verleihen ihrer Stadt Kyritz beſtimmte Verfaſſungseinrichtungen, im Jahre 1237.

In nomine ſancte et Indiuidue Trinitatis. Acta preſentis temporis deperire ſolent ſepius in futurum, niſi fuerint ſcripto et voce teſtium confirmata. Innoteſcat igitur tam preſentibus quam futuris, quod ego Johannes et Gevehardus, fratres de Plote, ad voluntatem et petitionem dilectorum Burgenſium noſtrorum de Kyritz eis benigne conceſſimus, ut ad tria placita, que ſiunt in anno et vocantur legitima, de jure nullus venire debeat, niſi citatus et vocatus, et aliquid ibi diſponere habens: et vadimonia, que in eisdem tribus placitis ſiunt, quatuor ſolidos non excedant, ſi fuerit Burgenſis ipſius Civitatis; ſi vero hoſpes fuerit, octo ſolidos dabit. Inſuper conceſſimus, ut hereditates, que mortis jure pervente fuerint, per medium dividantur, et ut jure fruantur Stendalienſium, et ut ſingulis annis advocatum ſibi eligant conuenientem. Quicunque vero manſum habuerit duos ſolidos cum decima dabit, et de areis infra civitatem quatuor denarios. Omne igitur dubium, quod forte emergere poſſit in poſterum, preſenti ſcripto et honeſtorum virorum teſtimonio amputamus. Sunt autem teſtes Johannes de Havelberg, Daniel de Brunnen, Rudolphus de Turnowe, Fridericus de Howardte, Henricus Advocatus, Hermannus Advocatus, Zachens Venator, Johannes de Clitſinc, Rudolphus de Santowe, Arnoldus Dives, Johannes de Gardelege, Henricus Weſtphalus, Gozwinus de Selmſen, et alii quam plures. Et ut hoc ſcriptum ratum et immutabile permaneat, ſigillis noſtris fecimus ſigillari, Actum anno incarnationis dominice M°. CC°. XXX°. ſeptimo.

Bereits abgedruckt bei Gercken Fragm. March. II, 19 und Buchholtz Geſch. der Churm. IV U. A. S. 62. 63 aus der Gundlingiſchen Sammlung und in Beckmann's Beſchr. der

Digitized by Google

Churm. Br. V, II, IV, 173. Gundling und Beckmann schrieben die Urkunde von dem beſiegelten Original zu Kpritz ab, welches im Brande verloren gegangen iſt. Die Urkunde iſt aus einer Vergleichung dieſer Abſchriften dem Anſcheine nach richtig hergeſtellt. Die bisherigen Abdrücke ſind jeder in mehreren Punkten fehlerhaft. Bei Buchholtz iſt ſogar das Jahr 1230 als das der Ausſtellung angenommen.

VIII. Biſchof Wilhelm von Havelberg weiht das Kloſter zu Poelde und ertheilt den Wohlthätern deſſelben einen Ablaß, im Jahre 1240.

W., Dei gratia Havelbergenſis Eccleſiae Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus aeternam in Chriſto ſalutem. Qvoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Jeſu Chriſti, rationes reddituri, prout geſſimus in corpore, ſive bonum ſive malum, oportet nos diem meſſionis crebris jejuniis et orationibus et eleemoſynarum ſemine, et aliis bonis operibus prevenire, vnde qui parce ſeminat, parce etiam metet, et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus etiam metet. Inde eſt, quod vniverſitatem Chriſti fidelium ſcire volumus, quod Monaſterium in Polede dedicavimus, et omnibus eidem Eccleſie pias eleemoſynas largientibus, de confeſſis et contritis, de miſericordia Jeſu Chriſti confiſis, de injuncta poenitentia XX dies miſericorditer relaxamus, et hoc anno infra XXX dies hanc indulgentiam invenient, poſtea de menſe in menſem, deinde de anno in annum. Datum Palithe. Anno gratia MCCXL. Pontificatus noſtri anno XXI.

Aus Leuckfeld's Antiqu. Poeld. p. 41. Note.

IX. Die Markgrafen Johann und Otto übertragen auf die Stadt Prizwalk Seehauſenſches Stadt-Recht, im Jahre 1256.

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. Johannes et Otto, dei gratia Marchiones Brandenburgenſes, omnibus in perpetuum. Accedentes ad nos dilecti ciues noſtri de Prizwalk, nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus ipſis talia indulgere jura et concedere curaremus, qualia ciues noſtri de Seehuſen noſcuntur antiquitus habuiſſe. Quorum precibus, ipſorum meritis exigentibus, cupientes annuere, animo liberali eadem jura ipſis duximus conferenda, inferentes eadem preſenti Cedule, prout continentur inſerius in hunc modum. Si in dicta ciuitate Prizwalk duo legitime ſociati viuunt, moriente altero ipſorum, viuens obtinebit dimidiam partem hereditatis et alteram partem heredes: illegitimis vero ius ſeruabitur generale vndique comprobatum. Item ſi ſeruus et ancilla intrarint ciuitatem Prizwalk et manſerint in ipſa per diem et annum, propter gratiam in ea obtinent plenam libertatem. Item ſi aliquis vir duxerit vxorem, vel femina virum, et receperit liberos, partem hereditatis ſue, ſi moriente vno parente ſuo velit partem hereditatis ſue tollere cum heredibus referat partem dimidiam, quam accepit: ſi vterque parens moritur, referat totam ſummam aut ſuperſedeat. Item ſi aliquis vir moriente vxore ſua vel femina moriente viro ſuo habuerit paruulos, quibus non diuiſit hereditatem, ſi vir ducit aliam vxorem vel femina nubit alteri viro, heredes tollent tres partes hereditatis et vir vel femina quartam partem. Item ſi vir moriente vxore ſua vel femina moriente viro ſuo habuerit paruu-

Digitized by Google

los, quibus hereditatem diuiſit et illi mortui fuerint antequam contraxerint matrimonium, dimidia pars hereditatis illorum reuertetur ad parentem et altera pars cedet proximis in linea conſanguinitatis. Item ſi duo fuerint legitime ſociati et plaga mortis interuenerit prima nocte copule ipſorum, dimidia pars hereditatis cedit heredibus vtrorumque. Item ſi duo legitime ſociati moriantur abſque paruulis, hereditas ipſorum redit ad vtrumque parentem. Conſulibus etiam ciuitatis hanc indulſimus poteſtatem, vt ſi piſtor excedit tres ſolidos perſoluat in Vadio. Qui excedit in refectione pontis tres ſolidos perſoluat. Item nullus civis de Prizwalk debet occupari vel detineri in aliqua ciuitate Marchie, niſi primo fuerit accuſatus coram ſuo iudice. Item ſi ſeruiens pro pretio in ſeruitio domini ſui perdit vitam ſuam, dominus non tenetur de morte ipſius, niſi vt perſoluat ipſi pretium. Nec ſeruus aliquis per litigium vel per ludum, equum vel cetera bona domini ſui perdere vel vendere poteſt. Item ſi quis ciuium dicte ciuitatis accommodauerit bona ſua homini cuicunque, debitor tenetur ipſi reſpondere in ciuitate, exceptis noſtris Miniſterialibus, militibus atque ſeruis. Item ſi aliquis pro crimine ſibi impoſito in ciuitate Prizwalk in vinculis detineatur, nemo ipſum per violentiam excipiet, ſine voluntate ciuitatis, niſi ſit dominus terre. Si aliquis advena moritur absque heredibus, ciuitas debet bona ſua conſeruare per diem et annum, et ſi nemo uenerit requirens bona tempore intermedio, bona ipſius tradantur poteſtati. Item quicquid edificatur in ciuitate Prizwalk ad vſus ciuitatis, ciuitas debet vti ex ipſo edificio quantum poteſt ſine damno et detrimento noſtri cenſus. Neo aliquis incidet pannum in dicta ciuitate ſine conſenſu fraternitatis mercatorum. In communi cenſu quatuor denarios queuis area dabit. Item ſi aliquis ciuis de ciuitate Prizwalck querimoniam fecerit de ſuo conciue extra ciuitatem Prizwalk, niſi ipſum primo accuſauerit coram judice ſuo, perſoluat vadium poteſtati et ciuitati ſuum vadium. Ne autem ſuper his cauillosa poſſit in poſterum rimula inueniri, preſens ſcriptum noſtrorum ſigillorum appenſionibus duximus roborandum, Teſtes fideles et idoneos adhibentes, quorum nomina ſunt hec: Johannes Gans de perlebergh, Albertus de Redekeſdorf, Albertus de Wanighe, Wernerus de Arneborgh, Hubertus (al. Herbetus) de Vchtenhagen, Ulricus de Cruche*), Bertramus de Bnens**), Conradus de Oſterborgh, et alii quam plures. Datum Sandowe Anno domini M°. CC°. LVI°., decimo kal. Auguſti, per manum Henrici curie noſtre notarii, Johanne exiſtente Notario curie noſtre.

Aus dem Gundlingſchen Codex abgedruckt in Gercken's Fragm. March. III, 12 und nach einer richtigern Abſchrift des Originales in Beckmann's Beſchr. der Churm. V, II, III, Sp. 130.

X. Biſchof Heinrich von Havelberg ſchenkt dem Kloſter Dobbertin gewiſſe Zehnthebungen im Lande Turne, im Jahre 1257.

Henricus, dei gratia Havelbergenſis Epiſcopus, omnibus preſens ſcriptum inſpecturis in perpetuum. Cum exigente dignitate paſtoralis officii teneamur, loca religioſa piis aſſenſibus et omnium commodorum ſubleuationibus confouere, Nos venerabilis viri prepoſiti Volradi in Dobertyn et ſui conuentus deuotis precibus inclinati poſſeſſiones decimarum in terra Turne, in villa videlicet Loziz ſuper XL. manſis et in Verlinge ſuper XXX. et in Swerz ſuper XXX. et in Cetine

*) Gercken hat Crocher. Beckmann Cruche — wahrſcheinlich iſt Ulrich von Kruge gemeint.

**) Gercken Brieſen, aber wohl fehlerhaft.

Digitized by Google

ſuper XX. pio donamus affectu, accedente ad hec plena voluntate Capituli noſtri pariter et conſenſu. Et ut hec donatio firmior appareat et ſubſiſtat, hanc paginam ſigilli noſtri et capituli noſtri munimine roboramus. Datum Havelberg, anno gracie MCCLVII. XV. kl. Febr., Pontificatus noſtri anno XII.

Vgl. Rudloff, Cod. dipl. hiſt. Megalop. I, 42. 43.

XI. Des Grafen Heinrich von Dannenberg dem Grafen Helmold zu Schwerin ertheilte Erklärung über den Beſitz der Burgen Grabow und Mernitz, vom Jahre 1275.

Nos Hinricus, dei gracia comes de Dannenberge, omnibus preſentes litteras inſpecturis cupimus eſſe notum, quod nos cum Nobili viro domino helmoldo, comite zwerinenſi, dilecto conſanguineo noſtro, convenimus et placitavimus in hunc modum. Nos ſiquidem municionem noſtram in Merniz et omnia bona noſtra, ſita in ipſa villa, tam libera et inpheodata, expoſuimus iam dicto comiti Helmoldo pro quinquaginta et ſex marcis puri argenti, hac interpoſita condicione, quando nos rehabuerimus ciuitatem et caſtrum in Grabowe et hereditatem noſtram, tunc, ſi eidem Comiti perſoluerimus pecuniam memoratam, nobis repreſentare debet predictam municionem noſtram cum ipſis bonis. Si vero contingeret nos non poſſe rehabere noſtram hereditatem iam predictam et municionem in Grabowe, tunc memoratus comes Helmoldus ſtatuere debet duos de ſuis hominibus, et nos totidem quoſcumque voluerimus ſtatuemus, qui taxare debent valorem ipſius municionis et bonorum in Merniz et ſecundum eorundem eſtimationem eadem perſoluere repromiſit, ita ut deinceps in ſua maneant poteſtate, quos et nos reſignabimus ad manus ſuas cum de ſua fuerit voluntate. Nos eciam ſuper prehabitis placitis de ipſa municione Merniz iam dictum comitem Helmoldum et ſuos compromiſſores ab omni promiſſo dimiſimus liberos et ſolutos et litteras ſuas ſuper eisdem placitis eidem promiſimus repreſentare. Super hac memorata pecunia et placitis prelibatis nobis et Johanni de molendino ad manus noſtras Idem Comes Helmoldus promiſit fide data et promiſerunt cum ipſo Richardus, canonicus Zwerinenſis, Dominus Johannes Man et Dominus Gargeviz, fidei ſponſione ita, quod ſi defectus aliquis fuerit in premiſſis, pro ipſo intrabunt Zwerin non exituri, niſi de noſtra fuerit voluntate. Nos etiam iam predictis domino Johanni Man et domino Gargeviz ad manus ſepedicti comitis de Zwerin memoratam municionem et bona premiſſa in Merniz ſine porreximus pheodali in forma preſcripta. Vt autem factum noſtrum et ordinacio premiſſa ſtabilis perſeueret, preſentes litteras noſtras in teſtimonium conſcribi iuſſimus et ſigilli noſtri robore communiri. Datum in Zwerin, anno gracie M°. CCLXXV°. ſexto ydus Marcy.

Nach dem im Großh. Mecklenb. Geh. u. Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen Originale.

XII. Die Markgrafen Otto und Albrecht von Brandenburg kaufen dem Grafen Helmold von Schwerin das Obereigenthum über die Lehen der Edlen Herrn zu Putlitz ab, im Jahre 1275.

Nos Otto et Albertus, dei gracia marchiones Brandeburgenſes, recognoſcimus et tenore preſencium publice proteſtamur, quod mediantibus auunculis noſtris kariſſimis Alberto et Johanne de Brunswic ducibus, inter nos ex vna et Helmoldum comitem Zwerinenſem ta-

Digitized by Google

liter exſtitit placitatum ex parte altera, quod ipſe Helmoldus comes pueris domini Johannis dicti Gans felicis memorie talia bona, qualia pater eorumdem puerorum in poſſeſſione ſua habuit, contulit iuſto titulo pheodali. Ceterum omnia bona, que ſtrennui milites dicti Gans a comite ſepedicto tenuerunt in pheodo, ab ipſo comite eminus pro bonis infeodatis, ita tamen, quod pro marca argenti infeodata marcam argenti, pro talento infeodato talentum, pro choro piſe infeodato triginta ſolidos, pro choro ſiliginis infeodato talentum, pro choro ordei infeodato talentum et pro duobus choris auene infeodatis talentum dicto comiti denariorum Brandeburgenſium perſoluemus, et quicquid fruſta in terra Perleberge libera nunc fuerint, pro ſingulis fruſtis dicto comiti perſoluemus eſtimacionem decies hic expreſſam. Similiter et de bonis terre Lentſin comprehenſis in diſtinctione terminorum per ipſum comitem et noſtros homines adhuc facienda modis premiſſis volumus de fruſtis ſingulis obſeruari. Huius vero pecunie terciam partem dicto comiti ſoluere debemus in feſto beati Martini proxime nunc venturo; item terciam partem ei perſoluemus in purificacione beate Marie proxime nunc inſtanti; vltimam vero partem terciam in feſto beate Walburgis virginis abinde proxime ſequenti ſepedicto comiti debebimus integraliter perſoluiſſe. Super predictis omnibus et ſingulis modis premiſſis hincinde firmiter obſeruandis preſentem litteram conſcribi fecimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus roborari. Verum ſi pecunia antedicta temporibus pretactis non ſoluereture comiti prelibato, milites infraſcripti, qui pro ea promiſerunt, Perleberge intrabunt, nullatenus exituri, niſi de comitis fuerit voluntate; nomina autem militum ſunt hec: Arnoldus de Jagow, Hermannus de Boyſter, Conradus de Gotberge, Fridericus de Hagenow, Henricus de Plote, Johannes Krüger, Johannes de Cummeloſen, Fridericus de Bandow, Johannes de Stendal, Johannes Podevos (Rodevos?) cum quibus promittent adhuc decem milites in craſtino beati Johannis baptiſte proxime nunc venturo in loco, qui Huurelant vulgariter appellatur; verum ſi aliquem predictorum militum uel aliquos mori contingeret, quod abſit, loco illius alium ſubſtituere debebimus eque dignum. Actum et datum Dolflage, anno domini M°CC°LXXV°, XV° kalendas Junii.

Dieſe Urkunde, deren Wiederabdruck hier nach Liſch's Abdrucke des Originales (die verwandſchaftl. Verbindungen des ältern Hauſes Gans von Putlitz mit altfürſtl. Geſchlechtern S. 21) beſorgt iſt, konnte Bd. I, 296 nur in einer fehlerhaften, auch das Datum (16. ſtatt 18. Mai) falſch angebenden Ueberſetzung mitgetheilt werden.

XIII. Die Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin bezeugen unter Zuziehung ihres Schwiegerſohnes (generi) Johann Gans von Wittenberge eine Lehnsreſignation, im Jahre 1281.

Nos Helmoldus et Nicolaus, dei gracia comites Zwerinenſes vniuerſis, ad quos littere preſentes peruenerint, cupimus eſſe notum publice proteſtantes, quod honeſtus miles dominus Ludolfus dictus Hafencop et Gheroldus dictus Molendinarius, ciuis Zwerinenſis, pheodales noſtri, bona, que a nobis in villa Driberg tenuerunt iuſto titulo pheodali, nobis ad manus ſanctimonialium eccleſie beati Johannis ewangeliſte in Lubeke libere reſignauerunt, preſentibus teſtibus ydoneis, genero noſtro, domino Johanni dicto Gans de Wittenberge videlicet, et domino Molzan, domino Vlrico de Blucher, domino Friderico Hafencop, domino Conrado capellano noſtro, canonicis Zwerinenſibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Vt autem predictis ſanctimonialibus nulla in poſterum inde poſſit calumpnia ſuboriri, preſentem paginam ſigillorum noſtrorum ap-

Digitized by Google

penſionibus roborari fecimus in teſtimonium veritatis. Acta ſunt hec Zwerin, anno domini M°. CC°. LXXXI°, in vigilia Aſcenſionis domini.

Nach Liſch a. a. O. S. 24.

XIV. Ritter Johann Gans von Perleberg verbindet ſich mit dem Grafen Helmold von Schwerin gegen jedermann, ausgenommen den Markgrafen Otto den Langen und ſeine übrigen Blutverwandte, im Jahre 1292.

Nos Johannes, miles, dictus Gans de parleberghe, omnibus preſencia viſuris uel auditoris volumus eſſe notum, quod nos cum nobili viro domino Helmoldo Comite Swerinenſi conuenimus in hunc modum omnimode concordantes, videlicet quod nos vnum cum ipſo erimus et in omnibus iuſtis et rationalibus cauſis ſuis ipſi aſtabimus contra emulos ſuos et quoslibet inuaſores, excepto inclito principe reuerendo nobis domino Ottone marchione Brandenburgenſi longo et ceteris noſtris conſanguineis, in quorum preiudicium cauſa huius ordinationis nichilum faciemus. Teſtes huius ordinationis ſunt Huno dictus de Carwe, Johannes huno, Arnoldus dictus de Beſwede, Milites, Guncelinus domicellus zwerinenſis, filius dicti comitis helmoldi et alii fide digni. In huius rei teſtimonium preſentes litteras ſigilli noſtri munimine roboramus. Datum anno domini M°. CC°. nonageſimo ſecundo, in die beati jacobi apoſtoli.

Nach dem im Großh. Mecklenburgſchen Geh. und Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen Original. Vgl. die Anm. zur Urk. Nr. XII. und Bd. I, S. 297.

XV. Die Markgrafen Otto und Konrad verkaufen dem Biſchofe Johann von Havelberg das Dorf Blantekow, im Jahre 1293.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenſes et de Landspergh, omnibus in perpetuum. Succeſſu temporum perimunt geſta fidelium: quare decet et expedit, ut fulciantur teſtibus et teſtimoniis literarum. Hinc eſt quod univerſis Chriſti fidelibus, tam preſentis temporis quam futuri, volumus eſſe notum, quod nos de conſilio vaſallorum noſtrorum Venerabili in Chriſto Patri, domino Johanni Hauelbergenſis eccleſie epiſcopo, vendidimus villam Blantekow cum diſtinctionibus ſuis, lignis, agris, paſcuis et pratis et cum omnibus pertinentiis ſuis, ita ſicut dominus Hinricus de uelde eam hactenus dinoſcitur poſſediſſe, ſine omni menſuracione, exaccione et quolibet genere gravaminis, proprietatis tytulo in perpetuo poſſidendam, pro ſe ſuisque ſucceſſoribus uniuerſis, abrenunciantes omni iuri, quod habuimus in eadem. Pro dicta autem venditione dicte ville recepimus centum et quinquaginta marcis (marcas?) argenti Brandenburgenſis, quod noſtris uſibus eſt conuerſum. Si autem aliquis in poſterum dictam villam vellet inpetere, nos et noſtri heredes dictum Dominum Epiſcopum et ejus ſucceſſores tenebimur warandare. Vt autem hec noſtra uendicio et proprietatis donacio perpetuo perſeueret et permaneat inconuulſa, noſtris ſigillis roborari fecimus ad perpetuam rei memoriam preſens ſcriptum. Huius rei teſtes ſunt, Magiſter Johannes, quondam Decanus Stendalienſis, Genehardus prepoſitus hauelbergenſis, clerici, ac

Digitized by Google

Borchardus Niger de Irkesleue, Gerhardus de kerchow, Hinricus de Wardenberge, Halfo de wedele, Fredericus de Eoftede, Johannes de Oldenuleth, Johannes de Romolo, Johannes de Caluerwifch, Sabellus de plawe, Milites, et quam plures alii fide digni. Datum Sandouwe Anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo tercio, Tercio Nonas Auguſti, per manus Canonici Stendalienſis noſtre Curie Notarii et Capellani.

Nach dem Havelberger Copialbuche des K. Geh. Kabinets-Archives Bl. 14. Ungenau abgedruckt in Buchholz Geſch. der Churm. IV. Urk. Anh. S. 127, 128.

XVI. Der Biſchof Johann von Havelberg ertheilt der Kirche St. Gertraud zu Halle behufs der Vollendung des Kirchengebäudes einen Ablaß, im Jahre 1295.

Johannes, dei gratia Hauelbergenſis eccleſie epiſcopus, omnibus chriſtiane fidei profeſſoribus ſalutem in eo, qui neminem uult perire. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Jeſu Chriſti, accepturi prout in corpore geſſimus, ſiue bonum fuerit ſiue malum; Oportet enim diem extremum bonis operibus preuenire. Cum igitur eccleſie beate Gertrudis in ciuitate Hall tempore non ſuppetant ad ſtructuram eccleſie facultates; Omnibus uere confeſſis et contritis, qui dicte eccleſie manus porrexerint adiutrices, XL. dierum indulgencias, de iniuncta iis penitencia, dummodo conſenſus diocefani acceſſerit, in domino miſericorditer relaxamus; poſt conſummacionem uero operis minime ualituras. Datum Hall, anno domini MCCXCV. ſecundo Idus Octbr.

Nach Ludewig, Reliqu. Manuſcript. XI, 587., mit Verb. augenſcheinlicher Fehler.

XVII. Ablaßbrief für die Wohlthäter der St. Jacobi und Nicolai Kirchen zu Perleberg, vom Jahre 1295.

Vniuerſis ſancte matris eccleſie filiis, ad quos preſentes littere peruenerint, Nos dei gratia andreas liddenſis Comes palatinus, Sabbas Militenſis, Perronus larinenſis, Stephanus Opidenſis et frater Romanus Croenſis Epiſcopi, ſalutem in domino ſempiternam. Licet is, de cuius munere venit, vt ſibi a ſuis filiis fidelibus digne ac laudabiliter ſeruiatur, De habundantia pietatis ſue merita ſupplicum excedens et uota bene ſeruientibus multo maiora tribuat, quam ualeant promereri; Deſiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem, fideles chriſti ad complacendum, et quaſi quibusdam allectiuis muneribus, indulgentiis uidelicet et remiſſionibus, inuitamus, vt exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur vt eccleſie beatorum Jacobi apoſtoli et ſancti Nicolai de perleberge, hauelbergenſis dioceſis, congruis honoribus frequententur et a cunctis chriſti fidelibus iugiter uenerentur, Omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad dictas eccleſias cauſa deuotionis ſeu peregrinationis acceſſerint et in eiſdem quotienscumque diuinum officium deuote audierint et cimiteria praedictarum eccleſiarum cum orationibus quibuscumque viſitauerint et orationem dominicam cum ſalutatione angelica pro animabus, quorum corpora in eiſdem ſunt humata, et pro animabus omnium fidelium defunctorum dixerint mente pia, Nec non qui praedictarum eccleſiarum proviſores, clericos corpus chriſti per terram ad infirmos portantes, pia mente humili ac contrito corde cum orationibus aſſociauerint, Seu qui praefatarum eccleſiarum fabricis, reparationibus, luminariis, libris, veſtimentis, calicibus, campanis, altarium

Digitized by Google

ornamentis seu aliis neceſſariis manus adiutrices porrexerint vel quicquam facultatum ſuarum in extremis legauerint, donauerint, miſſerint per ſe uel alios quocumque modo licito procuranerint eiſdem; Nos de omnipotentis dei miſericordia, glorioſe ſemper virginis Marie, beatorum petri et pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi, Singuli noſtrum Singulas dierum quadragenas de iniunctis ſibi penitentiis, dummodo conſenſus diocesani ad id acceſſerit, miſericorditer in domino relaxamus. In cuius rei teſtimonium preſenti ſcripto ſigilla noſtra duximus apponenda. Datum Rome, anno Domini M°. CC°. nonageſimo quinto, pontificatus domini bonifacii pape VIII. anno primo.

Nach dem vom Königl. Regierungsrathe von Minutoli mitgetheilten Originale.

XVIII. Biſchof Gottfried von Schwerin genehmigt, daß die Mönche zu Röbel nach der Neuſtadt Röbel, Havelbergſcher Diöceſe, und die Nonnen von hier nach Malchow ihren Siz verlegen, da der Biſchof von Havelberg beide von ſeiner Diöceſanſchaft befreiet habe, im Jahre 1298.

In Dei nomine Amen. Godefridus, Dei gratia Epiſcopus eccleſie Zwerinenſis, — Conſiderantes — utilitatem et commodum tam dilectorum filiorum Prioris et conuentus fratrum ordinis predicatorum in Robele, noſtre dioceſis, quam et ſanctimonialium de ordine penitencium nove ciuitatis Robele, Hauelbergenſis dioceſis, in ſpiritualibus pariter et temporalibus, que conſequi poterunt ex eo, quod dicti prior et conuentus ad locum predictorum ſanctimonialium de noſtra dyoceſi tranſeant et memorate moniales Malchowe ſe transferant, habitationes et clauſtra habituri perpetualiter utrobique, annuimus, quatenus fratres ſepedicti et ſanctimoniales hujuscemodi tranſitum habeant pro ipſorum fructu et commodo ampliori, maxime cum in Chriſto venerabilis pater, Dominus Johannes, Hauelbergenſis epiſcopus, ipſius Chriſti virgines et ipſarum prepoſitum a ſua dioceſi et obedientia duxit perpetuo dimittendas. Preterea ut jugis noſtri et predeceſſorum ſucceſſorumque noſtrorum Zwerinenſium Epiſcoporum apud easdem ſanctimoniales habeatur memoria, Eccleſias utriusque Malchowe et Lexowe, quarum jus patronatus Nobilis vir Nycolaus de Werle ipſis donauit, dicto cenobio donamus de Conſenſu capituli noſtri donatione perpetuis temporibus valitura, ita tamen, quod dictus conventus et prepoſitus nobis obedire teneatur et ſucceſſoribus noſtris, ſicut dictarum eccleſiarum plebanus hactenus obediuit, juribus etiam epiſcopalibus in omnibus ſaluis. Teſtes hujus rei ſunt: Ludolfus de Bulowe Canonicus Zwerinenſis, Hako Lubecenſis Canonicus, Johannes Babbe, Godefridus Bulowe, milites, cum pluribus fide dignis. Datum ſub ſigillo noſtro per manus Notarii noſtri Johannis de Luttekenborch Zwerinenſis Cannonici, VI. feria feſti Pentecoſtes, anno Domini M. CC. nonageſimo octavo.

Vollſtändig in Schröders papiſt. Mecklenburg S. 845.

XIX. Geleitsbrief mehrerer Vaſallen des Nicolaus von Werle für Ritter Konrad Wolf zu einer Verhandlung in Wredenhagen.

Strenuo militi et honeſto, Domino Conrado lupo, Dominus pritcenbur, Dominus Johannes de owe, Dominus theodericus Kuſgart, dominus bernd de hauelberg, dominus otto

Digitized by Google

de Notzow, Reynekinus buno, dominus buno, ſeruitium debitum et quidquid poſſint. Notum ſit omnibus pagium hanc viſuris, quod nos vnanimiter dominum Conradum lupum ſub ducatu noſtro pre omnibus amorem domini noſtri Nycolai de werle diligentibus ante Indaginem noui caſtri et omnes venientes cum eo veniendi proxima II^a^ feria placitandi hora tertia conducamus, poſt placita ſecure ad propria redeundi; que propter majorem ſecuritatem ſigillo domini thiderici Kufgart et domini Johannis de owe fecimus roborari. Datum vltima dominica die ante feſtum beati Johannis baptiſte, in indagine noui caſtri, hora tertia.

Aus dem Kloſter-Archive zu Heiligen Grabe.

XX. Erzbiſchof Burchard von Magdeburg vereignet dem Kloſter Riddagshauſen einen Hof mit der Egidien-Capelle zu Magdeburg, indem er bezeugt, daß das Kloſter den Biſchof Johann von Havelberg davon abgefunden habe, im Jahre 1301.

